
HARMONIAE INPERSCRUTABILIS CHYMICO-PHILOSOPHICAE, SIVE...

Johann Grasshoff




NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
8
32 - A
29
ROMA
nasterii S. Gregorii Romae.

8 32 ✱ 99

Gailhoff Johann

~~1 - 2 - 6 - 4~~

~~14 - 7 - B - 24~~

HARMONIÆ INPER-SCRVTABILIS CHYMICO-PHILOSOPHICÆ,

ſive

PHILOSOPHORVM ANTI-QVORVM CONSENTIENTIVM,

hactenus quidem plurimùm deſiderato-rum, ſed nondum in lucem publicam miſſorum

DECAS I.

QVARVM CATALOGVM PAGI-na poſt præfationem exhibet.


COLLECTÆ AB H. C. D.



FRANCOFVRTI

Apud CONRADVM EIFRIDVM.

ANNO M. DC. XXV.





ILLVSTRISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO AUGUSTO Principi Anhaltino, Comimiti Aſcaniæ, Domino Serveſtæ, & Berenburgi, &c.

Domino meo Clementiſſimo

S. P. D.



AGNVM quidem eſt, Illuſtriſſime ac Potẽtiſſime Princeps, Domine Clementiſſime, quod tuã Celſitudinem pauculis hiſce adire, & Philoſophico hoc munuſculo ſalutare audeã: Sed ſi res æqua rationis ponderatur lance, propendere meum inſtitutũ apparebit. Notum ſiquidem eſt, imò pervulgatum planè, quod omnes ferè, qui præclarum

ali-

aliquod opus in lucem publicã mittere ſatagũt, illud Magnati cuidam, aut amico, aut alii patrono inſcribere & conſecrare ſoleãt, idque quatuor potiſſimum ob cauſas, ut, nimirum, hoc ipſo nõ modò ſua nomina, ſed & ipſius patroni memoriam immortalitati quaſi devoveãt: ut deinde patrociniũ adverſus lividos, caninoſque dentes, qui ſemper aliena rodere, ſua verò non videre, ac nihil, niſi quod ipſi faciunt, rectum putare aſſolẽt, ſibi parẽt: ut porrò, illuſtre aliquod operi iſti præfixum nomen ſit inſtar hederæ, ſub cujus ſigno tãquam generoſum aliquod vinum, agnoſcatur, collaudetur, & vendatur: ut, tandem, obſervãtiæ & gratitudinis pro acceptis beneficiis teſtandæ publicum ſit monumẽtum, & patroni humanitas & munificentia eluceſcat. Hæ ipſę, inquam, cauſæ & me impulerunt, ut Tuæ Celſ. Chymico-Philoſophicam hancce harmoniam inperſcrutabilem inſcribere & conſecrare animũ inducerem. Nam ſi tanta, tamque varia T. Celſ. in me beneficia recẽſere vellem, dedicatoria hęc ferme in volumen excreſceret. Quare ut aliqua ex parte, (quan-

(quandoquidem ex toto nequeo) gratũ erga tuam Celſ. me exhibeam, hoc qualecunq; munuſculũ iſti inſcribo, adſcribo, do & dedo, ſubmiſsè flagitans ut ſub tuo patrocinio prodire illud permittere, & adverſus miſochymicorũ oblatrationes & calumnias divinæ noſtræ ſcientię harmoniã, ea qua polles, authoritate defendere velit; Nõ dubito, quin & nomen T. C. quod ſine hac memoria æternum eſt, illuſtriorib. bibliothecis inſertum in omne ęvum ęternum ſit, & ſine obliteratione inter literatiſſimos numereris. Vale Princeps Clementiſſime, & tuo me favore proſequi nunquam intermitte. Scribebam Francofurti Calendis Maii, Anni 1624.

Ill^mæ T. Celſitud.

Obſervantiſſimus cliens

D. HERMANNVS
Condeeſyanus.

CATALOGVS DECADIS I.



LIBER DE PRINCIPIIS NATVRÆ, ET ARTE ALCHYMICA ELEGANTISSIMUS & præstantissimus, innominati cujusdam Philosophi.

EX quo Alchymia recta insequutrix est naturæ, sicut ponit Albertus, & tota procreatur & fundatur ex operatione naturæ, cum præsertim posita sit in aliquibus præparatis naturalium entium: Ideo cõvenientissimum erit, scire proprietates entium naturalium. Imò originem & causam eorundem, qui in hac scientia errare non volunt, & in primis notitiam naturalitatis & formarum entium , intelligere opus est, quandoquidem ex his duobus principiis omnia naturalia existunt, deinde refert scire operationem naturæ, ut ex hac scientia operationẽ regere & dirigere sciat. In generali, & primò de naturalitate naturalium rerum est cognoscendum, quomodo sapientia Dei circulos & sphæras totius mundi in duas partes seorsum , sicuti mundum naturalem in unam, cœlestem in alteram, divisit. Prima quidem pars est orbis quatuor elementorum, incipiendo à terra usque ad

ſphæram Lunæ, in qua altera pars mundi incipit aſcendendo, uſque ad cœlum ſtellatum mũdus primus creatus eſt in materia communi. Sic quod ſapiẽtia Dei informatam materiam creavit, de qua Philoſophi & Doctores ſcripturæ ſacræ multa ſcribunt, & iſtam materiam adhuc in quatuor partes diviſit, quamlibet in ſpeciali cũ frigiditate, caliditate, ſiccitate & humiditate informavit, ſic quod hæ proprietates & formæ ſicut calor & frigus à natura ſint contrariæ, & non poſſint ſimul ſtare. Igitur in prædicta materia ſeparatim diviſæ ſunt in quatuor partes, quatuor elementa dicuntur, ſic quod mediate calori frigiditas conjungendi & humiditas ſiccitati, & ideò factum eſt, ut omnia naturalia ex conjunctione quatuor elementorum conſequenter in naturalitate poſſent exiſtere. Et ideò quatuor elementa creata ſunt propter naturalitatem omniũ rerum: quia omnis res habet ſuũ naturale eſſe ex cõmixtione & cõjunctione quatuor elementorũ, non taliter accipiendũ, ut quodlibet elementorum per ſe conjungeretur altero, quia naturaliter unum refutat locum alterius, ſed unum per calorem coarctatur, trahitur & ſublimatur in alterum, taliter quod ſimplex ac purũ elementum ſine admixtione alterius non inveniemus. Hinc in fidem non inveniemus terram ita exſiccatam, quin humiditatem in ſe contineat, neque aquam inveniemus, cui non inſit terreſtreitas, ut diſtillandi aquam diſcernitur. Imò rariſſime eſt terra abſque intrinſeco calore,

& eſt

& est potandum, quomodo in qualibet re visibiliter scil. oculis, sic quod calor, hoc est, ignis in terra concluditur, & aer in aqua, quo autem modo ista fiant, nõ multum refert hic scire. Sed tantũmodò scire debemus, quod natura à principio ex conjunctione quatuor elementorum præparat materiam communem rerum, & hanc materiam quãto subtilior, agilior, habilitat, digerit ac præparat ad aliquam formam, tantò propinquior est suæ formæ, & eò citius forma rei apparet, sicuti artifex in principio sui operis assumens materiam grossam, operatur ex ea effigiem; & quãtò subtilius aptat, removet & agilitat materiam, tantò plus imago apparet, & materia pręparata remotis superfluitatum partibus tunc etiã forma rei præparata apparet. Sic quòd forma educitur & extrahitur cum expolitione materiæ à superfluitatibus, sic pariter facit natura. Inprimis procreat materiam convenientem ex quatuor elementis, & impendit suam operationem huic materiæ, donec amovet & separat immunditiam & partes superfluitatis, & præparat materiam in tãtum subtilem & agilem, quousque forma rei perfectè appareat & existat. Cũ verò materia adhuc maculam seu immũditiam retineat, tunc forma rei non perfectè seu tota apparet, sed coinquinatur per talem immunditiam. Sic omnes formæ rerum naturalium ex præjacenti materia educuntur, & omnis res naturalis, sive sit animalis, sive vegetabilis, sive mineralis, suam primam materiam ex quatuor ele-

mentis recipit, ex quib. tunc consequẽter forma educitur. Sic quod omnes res in his tribus includuntur aut sunt pullulandæ, ut omnes plantæ, arbores & herbæ, aut neque pullulandæ neque excrescendæ, ut sunt omnes lapides & mineræ & hoc dicuntur metallica, & quodlibet istorum trium partitur in multivarias partes. Sic quod rerum animalium sunt homines, Leones, ursi, oves, boves, &c. Sic & in multiplices partes natura vegetabiliũ dividitur: Sunt enim aliquæ aut vinum, aut triticum, aut pomum vel pyrũ, pyrus vel pomus, &c. Taliter multiplicatæ sunt res metallicæ: aliquæ enim sunt lapides, & aliquę mineræ &c. Et qualiter res multiplicatæ seu divisę sunt, taliter multivarias habent materias, & talis multiplex naturalitas venit ex multiplici cõjunctione metallorũ: fortassè conjungũtur quinq; partes terræ, tres partes aquæ, duæ partes aëris & una ignis: vel in alio cõposito conjungũtur, sex partes aquæ, quatuor partes terræ, una pars ignis, & tres partes aëris, & hoc de singulis. In aliis aliter factũ est, & talia elemẽta inæqualiter conjũgibilia sunt innumerabilia. Ita & innumerabiles sunt eorũ partes & materiæ omnium rerũ, & talis conjunctio elementorũ secundum rectã proportionẽ cujulsibet rei solũmodò nota est naturæ, quoniã ipsa sola scit mensurã certã, prout cõvenit materiæ rerũ de quolibet elemento assumere, & cum tetigit rectam proportionem, suis operationibus mediantibus; aptatã & communi materiæ, tunc forma & essentia rei

appa-

apparet. Sed ad talem operationem & intentionem finalemque intentionem & habilitationẽ elementorum multum influentiæ & virtutes stellarum ac planetarum deserviunt, quoniam istæ virtutes juvant naturam operari, conjungere ac unire elemẽta, velut ars in artifice, hoc est, cum qua educit figuram & formam effigiei, quemadmodum materiæ cordi artificis imago talem & format in materia. Pariter est in materia si influentiæ deserviunt materiæ ad formam piscium, juvant tunc elementa conjungere, præparare & habilitare, ut ex tali conjunctione & unione appareat forma & essentia piscium. Sed si deserviunt influentiæ & virtutes cœlestes formæ auri, operatur & natura his meditantibus in tale compositum elementorum, donec elemẽta sint unita taliter, ut ex tali substantia & essentia aurum oriatur, quemadmodum quælibet proportio elementorum specialem aspectum, formæ statum & essentiam exportat, veluti accumulatio multivariatũ rerum faciat multivarias species & formas accumulate, elementis verò unitur & conjungitur, ita quod perfectæ formæ, ad quas influentiæ seu syderum virtutes descendentes à superioribus in materiam deserviebant, extat. Cessat tunc operatio naturę, quia usque in finem suam intentionem perduxit, uti artifex cessat, cum eduxerit formam rei, quam retinuerat in corde educere in materia. Sic semper natura per influentias & virtutes stellares, quæ sunt semina formarum, operatur, quia per

tales

tales virtutes materia inclinatur ad formam similem virtutibus: Forma verò præparata & educta à materia, mediantibus virtutibus, cessat tunc natura, & non operatur amplius ad hanc formam producendam, cum sit præparata & exacta. Sed talis res inde recipit incrementum vel detrimentum, secundum quod natura in istam operatur, sic saltem, res sit increscibilis vel decrescibilis. Et tales influentiæ stellarum dicuntur virtutes seminalitatis formæ: & ideò cum sint in genere tres naturalitatis scilicet rerum, videlicet animalis seu pullulandæ; item Vegetalis & metallica, similiter sunt tres influentiæ seminalitatis & virtutis formarum, animalis videlicet, vegetalis & metallica. De his virtutibus consequenter sciendum erit per pauca. Formalis virtus & vis seminalis à superioribus descendit primo ad elementa, deinde ex elementis proveniunt ad generalem naturalitatem rerum, & includuntur & reservantur in ista, sic quod juvant ex illa formam naturalem educere, ut supra ponitur, & hæ virtutes descendunt per radios stellarum tanquam per vias proprias descendentes in mundum inferiorem, hoc est, ad quatuor elementa, præsertim in terra superflue congregantur, quia terra est medium elementorum, in quo omnes radii stellarum accumulantur, terra trahens secum vires seminales formarum omnium rerum colliguntur & congregantur quasi omnes lineæ circuli in uno puncto coaduniantur: & si radii stellarum accumu-

cumulantur in terra, trahentes secum vires seminales formarũ omnium rerum. Igitur maximè conveniunt in terra plus quam in cæteris elementis. Propterea dicit Albertus in libro de elementorum proprietatibus capite vicesimo quarto: Cum terra sit centrum & punctum totius mundi & in ea conveniant omnes radii syderum seu cœli stellati; ideò concipit multas figuras, influentias & virtutes, quibus mediantib. res multiplices & varias formas producit, & hoc nullum aliâs facit elementum. Igitur præ cæteris elementum terra materia omnium rerum dicitur: quemadmodum concipit semina omniũ rerum & virtutes à superioribus descendentes, imo de die in diem adimpletur his virtutibus interim quod cœli moventur. Ideo sanctus Augustinus dicit in libro tertio de sancta Trinitate, capitulo causæ originalis: gravis est mundus iste propter causas rerum vegetabilium, sicuti gravida est mater à fœtu. Et iterum in eodem: Omnes res ortæ, & præsertim creatæ sunt in elementorum conjunctionibus nisi debito tempore & maturitate educuntur. Hoc modo omnes res naturales mediante vi seminali in elementis includuntur. Igitur dicit sanctus Augustinus in libro prænotato in capitulo de mineralibus, quæ fieri habent cum artibus aliquibus pro certo in elementis corporalibus hujus seculi, sunt in absconso formæ occultæ omnium rerum; quæ corporaliter & visibiliter excrescunt, & hoc semina ex origine aliud non sunt, quam influ-

influentiæ cœlestium virtutum descendentes à superioribus. Ad capiendum has virtutes, & præsertim metallorum, Philosophus Raymundus Lullius aliquas aquas præparandas excogitavit ad locandum has sub terram, in quas capi & poni debent hæ virtutes, quoniam proprietas virtutum cœlestium & seminalitatum rerum est, cum descendunt in terram, tunc moventur & movent procurare & augmentare quosdam spiritus agiles condensando & præparando sibi hos in sedile & sustentaculum, ut iterum dicit Raymundus. Et si per artem præparare possumus cōvenientem & agilem spiritum, hoc est materiam subtilem his virtutibus ad fodiendum talem in terram citius ab his agilibus spiritibus, in quibus debent se ponere, trahuntur & arripiuntur, quum quod trahunt seu arripiunt de præparatis spiritibus virtutes prædictæ, quia ut dicit Raymundus, tales spiritus & materia subtilis imposita terra attrahit virtutes desuper venientes ultra quam duo jacula unius balistæ essent. Sicut magnes attrahit ferrum, ita his instrumentis captantur virtutes minerales, desuper venientes. Et iterum in eodem dicit Raymundus, quod hæ virtutes captæ in aquæ (quam facere docet) habent coagulare mercurium vulgi in argentum bonum absque omni igne. Sunt & magnarum & maximarum virtutum si captivantur in alta & subtili materia. Sed quomodo hæc aqua præparatur, ponit ipse Raymundus

dus in libro de lapidibus preciosis quos hîc non ponam. Sed sciendum, ipsum cepisse virtutes cœlestes & seminalitates formarum his aquis uti per oppositionem Lunæ mensis, capitur hoc modo prætactum est in generali sermone, quomodo omnes res naturales essentiam & substantiam habent ex duplici proportione, materiæ videlicet & formæ, & materia provenit ex elementis, forma vero originem trahit ex virtutibus cœlestibus, quemadmodum his mediantibus forma educitur ex materia elementorum. Vnde Magister Ferrariensis dicit; elementa seu materia proveniens ex elementis est quasi instrumentum naturæ & virtutum cœlestium: & quanto subtilius tales materiæ elementorum sunt, in quas virtutes prædictæ se posuerunt, tanto fortius hæ virtutes per illas operantur, & hoc materia agilitata dicitur in Alchymia. Spiritus qui captantur propter virtutes, quæ ipsis insunt, & si hîc tantummodo dicendum erit de Alchymia, quæ transmutat metalla in aurum exclusis naturalitatibus omnium rerum aliarum. Igitur solummodo naturalitatem auri & virtutes formæ auri & etiam incommodum earum scire debemus, quoniam ex his duobus procreatur aurum. Propterea specialis sermo, de origine & esse metallorum sequitur.

DE LAPIDIBVS PRECIOSIS.

Albertus capitulo tertio lapidum dicit: etsi natura est initiũ &exordium artis, igitur primo scire initiũ& procreationẽ naturalem metallorũ convenientissimũ erit. Pari modo dicit Geber Rex Hispaniæ capite primo sive summæ: si quis nescit initium seu exordium naturæ, simul qui nescit naturalitatem & formalẽ virtutẽ auri, hic valdè remotus est ab arte nostra: quoniam non habet radicem, supra quam suam fundat intentionem. Et iterum in eodem dicit: qui nescit exordium modi generationis metallorum, secundum intentionem naturæ, quamvis sciat initium, hic non potest finem hujus scientiæ attingere; quia hæc ars, ut dicit Ferrariensis capitulo 27. est in recognitione materiæ auri & operatione naturæ. Sic quod ars in tali operatione naturæ in quantũ potest imitatur: dicit enim Albertus in libro metallorum capite 1. materia lapidum, ex qua lapides formantur, non multũ ab elementis separata est, id est, nulla transmutatio elementorum, videlicet aquæ &terræ, quę sunt materia lapidum, facta est, quemadmodũ Albertus iste ponit capite 20. libri primi in gradu uno viscositas &humiditas terrenosa est materia lapidum. Sic lapides grossi generantur ex terra permixta cum humiditate viscosâ. Sed lapidum perspicuitas est eorum materia cum aqua permixta aliqualiter cum terra subtili & agili, ita quod adhuc non sit facta perfecta permutatio aquæ &terræ, sicut fit in materia metal-

lorum

lorum. Et ideo dicit Albertus, quemadmodum ad generationem corporum animalium materiam permixtio aliquorum vaporum antecedit, ita antecedentiam formatum eorum requiritur permixtio ſulphuris & mercurii. Propterea dicunt Philoſophi, & cõveniunt omnes Alchymiſtæ, quod metalla aliud non ſunt, quã vapor ſubtilis reſolutus ab argento vivo cum ſubſtantia ſulphurea, mediante calore temperato in profundiſſimis mineralium terræ cavernis: qui vapores continent humiditatem, quæ excellit omnes humiditates: & talis humiditas temperatur & condenſatur mediante tenuiſſima terreſtri ſiccitate in uno abſcõſo. Et hic calor temperatus componendus, permiſcendo, ſolvendo & ſublimando hos vapores ad locum extractioni convertitur, qui continet talem humiditatem, digerit & ſubtiliat & condenſat eam, & talis humiditas eſt cauſa fluxibilitatis in metallis. & ultimate tranſmutatur in aurum vel aliud metallum. Tales vapores ex argento vivo & ſulphure trahuntur, & hoc modo argentum vivum & ſulphur conveniunt ad metallã, ut ex illis veniunt vapores, ex quibus inde coagulantur metalla. Igitur conſequenter ſciendum eſt, ut dicit Geber Rex Hiſpaniæ in ſua ſumma: ſulphur aliud non eſt, quam pinguedo terræ in minera ſua calore temperato decoctum, induratum & condenſatum. Sed argentum vivum, ſicut dicit Ferrarienſis capite 25. eſt aqua gravis cum terra alba, multum ſubtili permixta & di-

gesta, donec humiditas cum siccidate terræ sit unita & præmixta, sic ut æqualiter sint transmutata, & ex hoc argentum vivum factum est, ut dicit Aristoteles, hæc est materia communis omnium metallorum. Sed requiritur, ut sit permixta cum sulphure, quemadmodum patenter mineræ omnium metallorum indicant, sulphur in operatione omnium metallorum convenire, quia in omnibus mineralib. & mineris sulphur invenitur, quamvis in aliquib. mineris seorsum inveniatur sulphur & argentum vivum: & hoc ideò, ut natura indicat, ex quibus metalla generentur, tamen requiritur compositio eorum in generatione metallorum. Ideò omnia æra, ex quibus metalla proveniunt, sulphureum dant fœtorem: & hoc est signum; hæc duo sulphur & argentum vivum in generatione convenire, sed tamen distincta, ita ut sulphur assit ut actor, & argentum vivum ut materia suscipiens actionẽ sulphuris. Sciendum est, quod sulphur & argentum vivum in generatione metallorũ pari modo cõveniunt, sicut semen virile & muliebre: semen n. virile cõtinet virtutem activam naturalem, quam cepit à viro mediante, q̃ agit in sanguinem mulieris, in quo aliud semẽ permiscuit per coitũ viri & mulieris, quoniã mulieri, ut ponũt Philosophi naturales, in procreatione pueri cõvenit sanguis, cũ quo permiscet semen viri, & tandem ex hoc sanguine mediante sua virtute activa & calore naturali operatur cor, & immittit cordi virtutẽ suam generativã, quæ est similis omni-

omninò virtute, quã cepit à semine virili. Deinde illud per semen virile exactũ semen viri non conducit actionis generationẽ, quoniã cor consequẽter generare potest omnia alia mẽbra, mediante vi seminali, q̃ habet ipsi immissam à semine virili absq; seminis pręsentia. Propterea separatur semẽ viri à corde cõposito ex sanguine mulieris p vim suam activã, solũmodo relinquẽdo illi secũdum essentiam virtutis formalẽ ipsi immissam, qua mediãte cor de cetero agit & perficit cetera mẽbra & totã substantiã hominis, & sic semẽ viri nõ venit in substantiã fœtus, ita ut fœtus ex semine viri ꝓcreetur, sed ex sanguine mulieris, in q̃ semen viri immittẽdo & suam virtutẽ activã, à quo tũc separatur, quẽadmodũ artifex separatur ab opere, in quo suã intentionẽ perfecit. Cõsiderandũ ergò est semen viri solũmodò, itẽ actorẽ & sanguinẽ mulieris suscipere talem actionẽ, & pati ab eo, qua mediãte recipit seu cõcipit virtutẽ activã ad alia membra, & ideò dicit Arist. in lib. de animalib. cap. 19. Vir dat formã & initium operationi, mulier v. corpus & materiã: Sic simile est in sulphure & argẽto vivo, ita ut argẽtum vivũ sit materia metallorũ, & sulphur sit semen virile agens in argẽtum vivũ: qm̃ sulphur cõtinet virtutẽ occultã & absconsam metallicã, qua mediãte & suo calore naturali digerit & generat seu excitat in argẽto vivo sulphur ꝓprium agile & subtile & virtutem, q̃ est prima virtus & genetrix auri. Tunc separatur sulphur extraneũ scilicet argentum vivum cum virtute propria,

missa & sulphura absque adjutorio sulphuris grossi perficit ac informat aurum, & hæc subtilis sulphuritas assimilatur cordi. Forma & tinctura auri, quam omnes Philosophi quærunt, est illa, de qua Rasis loquitur in libro luminis luminum, dicens capite primo: Tinctura inest lapidi, ut cor animali, quia cum sulphure extraneum immisit sua virtute potētiam activam ipsi argento vivo excitando, perficiendo & confortando separatur tunc ab eo grossa sulphuritas. Ideo in omnibus mineris metallorum sulphurei lapides reperiuntur, & sic sulphur continet naturam & virtutē metallicam. Igitur multum tractant de eo Alchymistæ, & hoc propter virtutem, quæ mediante argento vivo induratur & congelatur, quod patet: quia per fumum seu vaporem ejus & ipsius plumbi induratur argentū vivum. Ideo Philosophus Aristoteles dicit in libro impressionum capite quarto: Sulphur est proprium induramentum & coagulamentum argenti vivi: & hoc provenit ex virtute concepta in terra, quæ descendit à sideribus desuper in terram. Sed tamen sciendum, quemadmodū duo sunt sulphures, ita duæ sunt tincturæ & virtutes metallicæ, una videlicet sulphuris grossi, altera subtilis: quamvis hi duo sulphures coagulant & tingunt argentum vivum in metalla tamen sulphur grossum tingit & coagulat argentum vivum imperfectè; quia est immūdum & malum. Igitur tincturam immundam habet. Ideo Geber Rex Hispaniæ ponit tincturam sul-

phuris

phuris groſſi in ſua ſumma, ſed ſulphur ſubtile, mundum & agile perfectè tingit, quia mundum eſt. Ideo tincturam mundam habet. Sic patet, ſulphur eſſe actorem metallorum, & argentum vivum materiam, ex qua formæ metallorum aguntur, & interim agens extraneum remanet cum materia non habente metallum perfectũ. Ideo in omnibus imperfectis metallis ſulphuritas invenitur: Sed ſi groſſa ſulphuritas ſeparatur, hoc eſt, metallum perfectum, propterea in auro non invenitur ſulphur immundum, quoniam eſt perfectũ ſolummodo. Nunc evidẽter manifeſtatũ eſt, ex quibus natura metalla procreat, quod fit ex ſulphure & argento vivo: ex ſulphure tanquam ex ſemine & actore, quod ſeparatur tandem, ut artifex ſe abſentans, cum ſuum opus perfecerit; & ex argento vivo tanquam ex materia, quæ remanet & dat corpus. Conſequenter Alchymiſtæ dicunt, & præſertim Geber in ſua ſumma in capite de creatione metallorum, naturam metalla operari ex ſulphure & argento vivo. Item Ferrarius dicit in quæſtione de Alchymia capite 25. naturam aſſumere à principio generationis metallorum aquam & viſcoſam & permixtam cum terra alba, ſulphurea, valdè ſubtili, digerendo, indurando, compingendo aquæ humiditatem cum ſiccitate & uniendo, donec eorum ſubſtantia exiſtit, quæ dicitur caro. Et iſtud eſt propria & immediata materia metallorum, ex qua conſequenter omnia metalla originem, ſubſtantiã & eſſentiam

habent:Et si natura creat argentum vivum purũ in munda materia & tale refugit operationem naturæ propter calorem nimiũ, per quem cogitur ascendere;vel propter aliã causam ascenderit,& non erit metallum,sed remanet argentum vivum , h. e. in cõmodum artis, cum natura studiosè indicat materiam auri , quia tale argẽtum viuum est materia immediata auri & metallorũ. Et si tale argentũ vivum non refugiat operationem naturæ,sed remanet,& nullum supervenerit obstaculum , operatione naturæ tunc per naturam resolvitur in vaporem,digeritur & decoquitur calore tẽperato in loco sublimiori,sublimando&sæpius lavando cum aqua mineræ,depurando & incolorando per talem decoctionẽ, cum colore sulphuris absolvendo illud ultimatè ab omni immunda sulphuritate,sic quod purum ac mundum existat, & tunc ac transmutatum in aurum , cum fuerit demundatum in purissimũ, & in tali absolutione omne sulphur, ut dicit Ferrarius capitulo 26. natura immediatè illud argentum vivum purum informat forma auri,quoniam intẽtio naturæ aliud non est, quã ex tali argento vivo puro faciat aurum , tanquam ex materia propria auri , & hoc remanet sulphuritas à substantia auri exclusa solũmodò: natura tale argentum vivum mediante sulphure digessit,decoxit &præparavit.Cum verò talis decoctio & digestio perfectè exacta fuerit,tunc natura tale argentum propria vi,fortitudine ac subtili sulphuritate ipsum in tali digestione seu

deco-

decoctione data excitata & inducta figitur, & hoc solūmodo purissimū argentum vivum sine omni grossa sulphuritate in aurum fixatū, hoc modo patet primus modus generationis auri naturalis: Et si argentum vivum aliquas recipit immundicias, aut ipsi supervenerit aliquod obstaculum seu detrimentum per nimium calorē, vel per ignis debilitatem, vel per locum immūdum, vel materia, hoc est, argentum vivum cum sulphuritate permixtum fuerit grossæ ac immundæ, aut alias incōmodi aliquid acciderit & obstaculū, quod natura non potest consumere, separare & decoquere, tunc non fit ex illo aurū: interim talis immūdicia remanet in eo, sed licet aliud argentum, cuprum, stannum, plumbū vel ferrum. Sciendum, quod de immundicia fuerit, multū an parū, aut pluris vel minoris est decoctionis: & ideò inveniuntur metalla imperfecta unū plus altero habere de sulphuritate & immūdicia, & sciendum, quamvis talis immundicia & absconsum sulphur cū argento vivo permisceatur, tum ista sulphuritas absconsa argēti vivi nociva non est, sic ꝙ tale argentū vivum combureretur per tale sulphur: solūmodò n. sulphur cōburitur absq; argēti vivi cōbustione, ꝙ cum ipso in imperfectis metallis permiscuerit. Igitur tale argētum vivum existens in metallis imperfectis non recipit combustionē, sed remanet incōbustum, fugiēs & efumans ab igne, & illud est signū veritatis & incōbustibilitatis argēti vivi, quia in cinobrio, cōstāte ex sulphure, & argēto vivo, cū

reductum fuerit, tantum invenitur de argento vivo, quantum impositum fuit in signum combustionis illius, & hæc combustio & deficientia metallorum imperfectorũ est ex parte sulphuris materiali, & non argento vivo, Et ideo propter tale argentum vivum natura continue agit in metallis imperfectis aurũ ex his cõsummare. Et si perpendere voluimus intentionem rectam naturæ, constat, eam semper ad suprema esse inclinatam; & si aurũ inter cætera metalla sit perfectissimum & optimum, quod ex argento vivo natura, perficere non poterat propter obstantia accidẽtia, perficit aliud, quod potuit, ex aliquo argentũ, ex altero cuprum, stannum, Item secũdum quod multum vel parum fuit de obstaculo, cum tamen hæc metalla sint imperfecta & quæ natura non intendit, ut in tali forma remaneant, ad quam non sunt procreata, sed ad formam auri. Igitur non desinit ab actione istorum metallorum imperfectorum, donec in sunt terræ, sed agit de die in diem, tale obstaculum removendo & decoquendo, donec in potissimũ argentum vivum illa reducuntur, & in aurum diguruntur, & hoc ut pateat: inveniuntur enim mineræ permixtæ, sic quod in ære plumbi, stanni aut cupri aurum vel argentum invenitur. Aliquando etiam in mineris invenitur argentum imperfectum, quod suum tempus residebit, donec decoctione in terra perficiatur. Cum vero metalla imperfecta à natura in talem formam sunt ordinata, sine dubio relinquentur in tali

for-

orma, & non reduceretur per eam in aurum, quod tamen non fit. Propterea omnia metalla continent naturalitatem: per quam possunt in aurum provenire. Sic patet altera generatio auri: Sunt enim duæ generationes auri, una videlicet ex argēto vivo, quod non fuit permutatum in imperfectum metallum: altera ex imperfectis metallis, hoc est, ex argento vivo incluso ipsis metallis imperfectis. Sic quod primo propter accidens impuriter imperfectum metallū erat, & in istud natura de die in diem agit continuè, donec argentum vivum purum extrahatur, & in aurum reducatur. Et in his duabus generationibus auri est una ultima dispositio, quāvis in medio distinguuntur, hoc est, dicere tales generationes non cōveniunt in medio laboris, sed tantùm in fine; quia in prima generatione ex puro argento vivo natura non indiget tanto labore, ut in altera, id est, in generatione auri ex imperfectis metallis, tamen ex his omnibus cōveniunt in prima specie materiæ primæ, quia in duabus generationibus requiritur, materiam puram esse, & purum fieri argentum vivum, ex quo primò procreatur forma auri. Hoc modo duarum generationum est unus finis, unus modus, & conveniunt in depuratione argenti vivi ab omni sulphureitate, quoniam hic est finis & conclusio in decoctione auri, cum materia exspoliatur & munda ab omni adustiva sulphuritate, sic quod argētum vivum mundum existat, tunc redditur i forma auri, & nondum solum-

modò substantiã argenti vivi purissimã esse perceptibilẽ formam auri, q̃ materia per naturã copiosè in argento vivo & in omnib. metallis imperfectis reservatur permixta cũ sulphure & immundicia, quam immundiciam, mediante arte, removere nõ possumus digestione & decoctione ab his metallis imperfectis ad aurũ faciendũ, ut natura facit, q̃a vita nostra ad illa tamdiu nõ continuaret, neq; temperantia caloris neq; aliæ causæ deserviẽtes sunt nobis notę. Propterea nõ possumus æquè in operatione auri naturã imitari cum tñ per naturã superfluè in cõtraria materia auri in omnib. metallis imperfectis & in argento vivo reservatur, in quib. omnib. materia jam præparata & habilitata existit ad formã auri, nisi ut removeatur superflua sulphuritas, & pręparata forma, & ad p̃parandam formam natura multivarias sulphuritates, spiritus & materias agiles nobis contulit, q̃ includunt virtutẽ metallicam & vim seminalem conducens multũ formæ auri videl. in sulphure, sale petra, alumine, marcasita, antimonio in metallis & aliis lapidib. etiam in aliquib. vegetabilib. ex quibus trahuntur virtutes metallicæ. E. indicata est nobis via operorum per naturã, ad quam ars extracta & excogitata est destinata ad imitandã naturam, qua mediante perficere ea, q̃ natura perficere nõ potuit, imitando eam in quantũ possibile fuerit, & his præparatis mediantib. rebus supra dictis metalla imperfecta p̃ficere, Philosophi ad hęc multivarias vias statuerunt & dederunt, ut in parte

ali-

aliqua sequũtur ex quib. doctrina sana & maxima subtilitas ad perficiendũ effectum trahi potest. Nunc aggrediamur artem: & notãdum est, quãvis naturam ars imitatur, tñ omnimodè & in omnib. partibus non potest eam imitari, & specialiter in generatione auri non imitatur eam, quia natura generat aurum ex argento vivo aut ex metallis imperfectis, removendo eorum sulphuritatem immundã. Ars primum non potest, cum talem digestionem & calorem temperatum ad argentum vivum non habet nec habere potest. Neq; secundum potest, quia esset inconveniens homini tamdiu expectare, quo usq; impuram sulphuritatẽ removeret ex metallis imperfectis, ut natura facit: & si ars omnimodè & maximè naturã imitari potest, tñ imitatur eam in aliquibus partibus, in quantum potest. Igitur sunt aliqui qui non potuerunt sulphuritatem removere ab ipsis metallis imperfectis, cõficiẽtes tincturã seu medicinã. Nam qui nõ removẽt sulphuritatem immũdam argenti vivi & metallorum imperfectorũ, sed solummodò occultãt & tegunt talem immundiciem, facientes speciẽ auri vel argenti, quod tñ falsum & prohibitum ab omnib. Philosophis. Ideo qui totum substãtiã imperfectorum metallorũ tingunt, sic ut nil immundũ ab his removeatur, hi sunt falsarii, qa remanet in illis sulphur malũ, aurũ v. non debet in se sulphur cõtinere. Adhuc alii intẽdũt metalla imperfecta omnino ab eorũ sulphuritate vel sulphure purgare cũ aliquib. aquis salivis & cum

alii

minibus, & de tali purgatione metallorũ multa ponit Geber in sua summa; sed tunc est imperfectum, quia non potest esse, ut metallum imperfectum ad formam auri purgetur, cùm existat materia subtilis in illis. Et ideò dicit Magister in textu Alchymiæ capite primo: Omnes ordines medicinarum, quos ponit Geber, sunt fallibiles, excepto ordine tertio, quem Geber ponit, & quod removet ipsis metallis imperfectis omne sulphur tingendo ea in perfectum aurum naturale. Et adhuc sunt alii, consequenter naturam insequentes, facientes veras tincturas ad argentum vivum & metalla imperfecta, quæ totaliter removent sulphur immundum, inducentes formam auri: & hæ sunt multiplices in modum, ut sequitur. Vna est via: aliqui enim solummodò vim argenti vel auri confortant in eorum propriis substantiis, sicut non primò extrahant naturam agilimam ad confortandam istam, sed recipiunt aurum vel argentum in propria substantia & confortant illud cum spiritib. & hoc dupliciter. Aliqui recipiũt partem unam salis petræ, partem unam aluminis, & destillant phlegma donec spiritus fortes & dissolventes ascendunt, & his præponunt recentem, mundã & claram aquam destillatam, optimè repellentes spiritus in eam igne fortissimo, recepta ponderum multos spiritus faciunt: deinde recipiunt alios spiritus videlicet vini benè purgatos, & subtiliter destillatos per balneum, vel alias, & de his recipiũt uncias quatuor ad libram unam

aquæ

quæ fortis, in cucurbitam magnam superpo-
entes ei alembicum claudunt & locant eam in
quam frigidam ac bulliunt, donec cessat bul-
ire, per cucurbitam locant in balneum & de-
tillant aquam, sicut spiritus adhuc humidi re-
naneant; tunc refundunt ipsis aquam prius ex-
ractam, & agunt ut prius, & illud septies repe-
unt, semper destillantes cum igne debili, do-
ec non vult destillare, sed remanet in fundo ja-
ens, instar olei. Hoc oleum imponitur vitro,
quod matrix dicitur, & habet figurã instar crù-
is triangulatam habens secũdum latitudinem
almam unam cum media, & secundum longi-
udinem palmam unam tãtum, includentes il-
ud cum sigillo Hermetis, permittentes hos spi-
itus ascendere in acumen unius partis. Deinde
ertunt vitrum, & iterũ permittunt eos ascende-
e in alterum acumen: & hoc faciunt, donec nõ
scendant, sed remanent in fundo, & tales spiri-
us mercurium cuidam dicunt cõgelare, & hoc
deò faciunt, quia, ut dicit Philosophus libro
quarto meteororũ: corpora metallica aliquales
irtutes metallicas conceperunt, quo & atra-
nenta videlicet vitriolum, alumen, salpetra &
lia quam plura provenientes ex terra, & certè
mnia continentia sulphuritatem: quia in sul-
hure est virtus metallica, quæ coagulat argen-
um vivum, & tales res multas habent de virtu-
bus metallicis, & propter virtutes, quas habent
piritus eorum, recipiuntur; & quantò subtilius
i spiritus sunt, tantò fortius agunt, & majores

vir-

virtutes habent: Quidam enim Philoſophus dicit, & eſt manifeſta veritas, quòd hæ res in ſua naturalitate tales concludunt virtutes. Cum tamen depurantur & extrahantur à naturalitate, tunc centies efficiuntur fortiores. Propterea ſpiritus agiles ſeparantur ab eorum groſſitie, & adhuc præparantur ſubtilius, quàm ut primò extracti ſunt. Sed quod iſti ſpiritus Alchymiæ deſerviunt, & ſpecialiter mediorum mineraliū, ut ſunt victriolum, ſalpetra. Ponit Albertus libro quinto de mineralibus capite primo, ubi dicit: diligentiſſimè conſideranda eſt natura mediorum metallorum ad tranſmutanda æra illis, qui laborant unum metallum in aliud tranſmutare, quoniam ipſis ineſt maxima ars. Et hoc ideò, quia eorum ſpiritus ſulphuritatem habent, cum vertant. Et iſta ſulphuritas ſeu oleitas fert virtutes metallicas, quoniam ſulphuritas, ut ſupra ponitur, coagulat metalla. Igitur eſt ſignū, quod ipſis inſunt virtutes metallicæ, quas in terra conceperunt. Ex hoc ſequitur ſecretum. Sed de vino, cum ex eo extrahitur oleitas urens. Ergò participat cum ſulphure, & huic ineſt verè maxima virtus naturæ metallicæ, quam ex terra traxit & concepit. Et ſi illa oleitas, velut iſti ſpiritus agiliores ſunt multum quam cæterarum rerum. Ideò virtutes eorum ſunt multū agiliores quàm cæterorum. Sed tamen ſciendū, quod iſti ſpiritus, ſicut textus Alchymiæ dicit, & eſt veritas, qui veniunt ex vegetabilibus & animalibus rebus, non conducant Alchymiam, exiſten-

tes in natura vegetabili : ſed requiritur, ut per
multiplicem depurationem & deſtillationem
perveniant in naturam metallicam, & tandem
deſerviunt ei. Ergo eſt tantùm unus lapis & unũ
fundamentum neceſſarium arti, videlicet virtus
metallica: quamvis interdum recipiantur vege-
tabiles vel animales res, tamen non remanet in
natura vegetabili vel animali, ſed tranſmutan-
tur in naturam metallicam & ſulphuream, quæ
continet vim metallicam. Propterea dicebat
Ferrarienſis cap. 20. ſuarum quæſtionũ : impoſ-
ſibile eſt, coagulare argentum vivum abſque
ſulphure vel alia re, ſulphuream naturam non
habente ; quia ſulphur eſt coagulamentum ar-
genti vivi, & ſi vino inſunt ſulphuritates, cùm ſit
ardens. Igitur ipſi ineſt natura metallica. Propter
hoc ſunt aliqui laborantes in vino & auro vel
argento, ſicut ex vino trahant ſpiritum ejus agi-
liſſimum, confortantes cum eo virtutem auri, ita
ut ſpiritus cum illo figantur per quos conſequẽ-
ter dilatatur & multiplicatur tinctura auri, &
pro certo inter ſpiritus vini & ſpiritus auri eſt
maxima convenientia ſeu participatio, cum
utrobique ſint naturæ calidæ. Igitur ſpiritus vini
inſeparabiliter figuntur cum auro. Sed tamen
notandum, quod ſpiritus mediorum metallo-
rum, ſcilicet victrioli, &c. Sunt groſſi oris frixio-
nis & majoris convenientiæ cũ auro, cùm quaſi
ex uno oriantur. Vt ex mineris metallorũ quam
ſpiritus vini qui veniunt ex vegetabili natura;
quamvis ſpiritus vini ſunt agiliores & ſubtilio-
res.

res. Ideo aliqui componunt ſpiritus illorum, ſic ut ſpiritus victrioli conjungantur ſpiritibus vini, ita ut unum ingroſſetur cum altero, & ſint auro unibiliores. Sed tamen certè requiritur illi, qui in his vult laborare, ut recipiat ſpiritus fortiſſimos & res puriſſimas, ſic ut ſpiritus, antequam cum auro vel argento figuntur, optimè purificentur. Propterea refert. ut recipiatur vinum fortiſſimum, clarum, purum & dulce; boni odoris, ad quod reducuntur ſpiritus ſubtiliſſimi, ſemoti ab omni aqueitate, cum quibus purificatur, metallorum, & eorum feces, & quod iterum ſeparantur, & omnia quatuor elementa depurantur, & tandem rectificantur: quæ tunc certè veram & rectam habent operationem. Sed quomodo talis operatio fiat, illud ſuperſedeo, quia textus Alchymiæ & recupiciſſa metallum ponit de iſta. Ibidem. Quilibet intuens ſcripta eorum profundiſſimo intellectu poteſt percipere contenta. Sic ſupra ſcriptum eſt, quomodo aliqui aurum confortant mediantibus ſpiritibus, quibus inſunt virtutes metallicæ, abſque diſſolutione & ſeparatione auri, nō extrahentes ſubſtantiam auri agilem: primum vero dicam, quomodo aurum in ſubſtantia extracta confortatur.

SEQVITVR, QVOMODO AVRVM IN ſubſtantia extracta confortatur.

Etſi virtutes cœleſtes, vires ſeminales, & præ omnibus, metallicæ virtutes agūt per materiam

rerum

erum inferius existētium, tanquam per instrumenta eorum, & quantò agilior est materia, tantò agilius, subtilius & fortius agunt in agilima uri substantia, quanquam cum auro remanet n suo esse. Propterea sunt aliqui Alchymistæ rofundissimè inchoantes opera eorum; præonentes virtutem auri & vini seminalitatis tius; reducentes illud in radicem & originem jus, uti prius fuit, aut cum quo esse suum cepit; uoniam cum quibus oritur res, cum illis fert tum: frumentum enim ortum & vegetatum radice & semine cepit. Igitur cum generare ebeat, requiritur, ut in suam radicem reducatur, & hoc fit per putrefactionem, quia per eam ducitur in radicem ejus, & per putrefactionē solvitur virtus frumenti, & aggregatur in terra radicem, & per radicem recipit plures virtus ex terra, quas attrahit secundum exigentiam æ naturæ: & hoc modo virtus fortificatur, & ndem fert plures fructus. Igitur ponitur in angelio: nisi granum frumenti, cadens in term, mortuum fuerit, ipsum solum manet; si aun mortuum fuerit, multum fructum affert. opterea requiritur, ut quælibet res moriatur, per suam naturam in radicem reducatur, & n seminalem attingat, si saltem debeat fructū re: quia mediante radice & vi seminali contiè attrahit & recipit ex terra vires, & virtutes is, per quas suum simile dilatatur; quod fieri n possit, re permanente & includente semen m in substantia propria grossa, sed in putre-

factione terræ attrahit & recipit virtutes & vires ſeminales multas, & hoc modo ſeminalitas & virtus auri ad recipiendum alias virtutes maximas metallicas requiritur, ut confortetur & reducatur in radicem & fundamentum ejus, unde primò ortum habuit, ad hoc ut de cetero alias virtutes & vires recipere. Et hæc radix aliud non eſt, ſicut ſupra ponitur de generatione metallorum, quàm humoroſa & pinguis vaporeitas, collecta ex duabus naturis, argento vivo & ſulphure. Propterea aliqui Alchymiſtæ calcinant aurum, & hoc imbibunt cum aliquibus oleitatibus ſeu ſpiritibus, donec illam agilem naturam auri extrahant, quam tunc conſequenter decoquunt & imbibunt cum aliquibus metallicis agilibus ſpiritibus, quos cum eo figunt, quouſque ſua ſeminalitas ſit maximè confortata, & in tincturam reducta: & talis operatio aliud non eſt, quam ſi ſemen viri, quod eſt magnæ virtutis reaſſumeretur intra corpus viri, & in eo de cætero, (ſi conveniens eſſet) in omnibus membris decoqueretur & digeretur: tunc reciperet plures ſpiritus, & dilataretur ſua vis ſeminalis in tantum, ut ex illo multum fortior homo procrearetur, quàm alias. Et eſſet poſſibile, quod vis & virtus ſeminis ita augmentaretur, ut inde maximus homo fieret, ſi ſaltem adderetur illi ſufficientia naturalis. Pari modo Philoſophi extraxerunt materiam auri agilimam,

quam

quam incluſerunt & reſolverunt in vitris cum ſpiritibus agilibus & metallicis virtutibus coagulantes, & diſſolventes, donec multum de virtutibus illorum ſpirituum illa materia recipiat, quam ex tunc figunt, & tingentes plurimum cætera metalla imperfecta & argentum vivum. Et hæc agilis materia auri in Alchymia vocatur Mercurius Philoſophorum, quem omnes Philoſophi quærunt. Quamvis multæ viæ ſunt, quibus aurum augmentatur; Si tamen hæc eſt via optima ut aurum in agillimum, hoc eſt, in ſuum mercurium reducatur, quàm rectè naturæ ſic imitatur, ut ſupra ponitur: recipit enim natura argentum vivum cum ſulphure mixtum, decoquit illud in ſimul, quouſque ultimata groſſa ſulphuritas tota ſeparatur, & argentum vivum purum ac mundum ſolummodo perſiſtat. Quod tunc in aurum formatur, ſicuti natura ſolummodo dat formam auri in argentum vivum puriſſimum. Pariter debemus virtutem & formalem ſeminalitatem inducere in puriſſimum argentum vivum & in ſubtiliſſimam ſubſtantiam ipſius; quia talis ſubtilis ſubſtantia eſt capax formæ auri & virtutum & ſpirituum, ex quibus forma auri ſuum habet originem: & ideò Geber recipit argentum vivum, & docet ex illo trahere ſubtilimam ſubſtantiam, ſicut ad optimum præparetur.

Sciendum tamen eſt, quòd talis mercurius

totaliter preparatus per naturam, imò totus agilis, agilior & subtilior jam in auro existit, quam nos ipsum præparare possumus. Et ideò dicit Ferrariensis cap. 26. Hi, qui naturam imitari volunt, non nō recipiant argentum vivum solum, neq; sulphur solùm sed argentum vivum & sulphur insimul commixtum, non sulphuris vulgi & argenti vivi, sed illius composuit & conduxit optimè præparati & digesti cum liquefactione suavissima: & illud aliud non est quam aurum, quoniam in eo agillima & optima unio sulphuris & argenti vivi facta est, alîàs per nullum, uti natura facit fieri possit, quoniam sicut natura talem unionem agillimi argenti vivi & sulphuris propter auri procreationem seu formæ auri cōceptionem fecerit. Pariter talis unio facta est in commodum artis propter augmētationem virtutis, qui se in talem agilem materiam ponunt & trahunt ex spiritibus, uti forma auri se intromiserat. Propterea, dicit senior, antiqui Philosophi confecerunt tincturam ex auro, quia ipsum est fixa & permanens substantia. Et ideò dicit Avicenna; tale sulphur, ex quo natura aurum operatur infra terram, non habemus supra terram, nisi in auro vel argento existat. Igitur dicit Geber in sua summa: talis mercurius ex duobus trahitur videlicet ex metallis perfectis, & ex argento vivo, tamen ex metallis perfectius. Ergò optimus mercurius fit ex auro, quia ipsum est minera recta artis & tincturæ. Et hic mercurius dicitur radix & exordium tincturæ & artis. Ideò

dicit

cit Geber in summa cap.1. Qui nescit exordiũ
aturæ, hic valdè remotus est ab hac arte. Et cõ-
quenter hoc sciendum est, quod iste mercu-
ıs in fine præparationis apparet albus, quam-
s antea in sua extractione appareant colores
ultivarii: Sicuti in generatione fructuum, an-
quam maturæ existant colores apparent in il-
, viridis videlicet, croceus & alii, & ultimatè
m maturæ fiant, adipiscuntur colorem pro-
ium, quem etiam servant. Simili modo fit in
tractione mercurii agilis, cum quæritur, ap-
rent multi colores ante finem. Vltimatè verò
lor suus proprius, qui est albus, quoniam, ut
ber dicit, proprium enim est sulphuris colo-
croceo incolorare; Propterea aurum est cro-
coloris. Cùm vero sulphur occultatur, & ar-
ıtum vivum manifestatur, tunc est albi colo-
Igitur color albus proprium est ipsius, quo-
m ipsum est argentum vivum purissimum.
pterea, dicit Rasis, albedo, & crystallina cla-
s sunt signa ultimata ipsius. Igitur animad-
tendum est cum mercurius ex auro florescit,
c iste color est signum originis & florescen-
& germinis ipsius mercurii: quia aurum hoc
do in suam radicem agitur, & ad fundamen-
ı primum pervenitur, unde prius ortum ha-
:, & est reductum in radicem suam, uti res
etabiles. Et hoc est, quod dicitur; aurũ. cùm
inatur, corrumpitur, & germinat & floret,
uctus ferat: & talis mercurius dicitur lapis
ns Philosophorum. Et cum oritur, requiri-

tur ſumma diligentia & cuſtodia, ne aufugiat & pereat. Igitur ſtatim ponatur ad fixionem, ut reſervetur; quoniam cum præparatus fuerit & immediatè non fixatur, tunc fugit & periit: Ipſe eſt enim materia ex qua venit tinctura, quæ recipit virtutes auri, abſit negligentia fermentationis ſuæ cum corpore ſuo. Hoc cum auro alio & fixo quoniam ponit Ovidius de quodam ſene, qui pubeſcere cupiebat, indixit, ut ſcinderetur & divideretur in partes, & decoqueretur, donec perfectè decoqueretur, & non ultra: tunc ejus membra iterum conjungerentur & unirentur & pubeſcerent. Cùm autem cuſtos obdormivit tempus, perfectæ decoctionis membra illius reſolvebantur in vaporem, & non reddebatur vivus. Et hoc nil aliud deſignat, quàm operationem & decoctionem auri, ut reducatur in radicem ſuam, hoc eſt, in ſuum mercurium, quoniam ipſe eſt capax virtutis ſpirituum. Et hic mercurius cum revertitur & extractus fuerit, etſi non ſtatim reſervatur & fixatur, ſed amplius decoquitur & compellitur. Tunc fugit & perit, etiamſi tempus ſuum determinatum perfectæ decoctionis non expectatur. Tunc etiam non valet: igitur ſumma diligentia eſt adhibenda tempore ſuæ præparationis: quemadmodum enim eſt in natura, ita ſimiliter eſt in arte. Et ſi per naturam non benè præparatus mercurius non fit ex eo aurum; ita ſimiliter, ſi non benè præparatus mercurius, ex auro tunc non fit tinctura: Vi-

demus

emus enim in decoctione omnium aliarum
erum, quæ cum perfectè decoquantur, & si
on deponantur ab igne, tunc comburun-
ır & pereunt; & cùm verò non perfectè deco-
uantur, etiam nihil valet. Et ideò animadver-
endum est hoc in opere signum perfectum
psius mercurii: & hoc aliud non est, quàm cùm
ppareat in sua albedine, puritate & mundicia,
t istud Philosophi dicunt materiam primam
ıpidis, hoc est, materia prima, ex qua fit tin-
tura. Tunc enim materia prima munda &
bsque omni admixtione facta est simplex,
t sic elementa seorsum segregata & separa-
a sunt, id est, aurum ad agillimum perven-
ım est, & reductum in radicem ejus primam,
ı qua potens est concipere & attrahere alias
irtutes maximas & spiritus, simili modo
t frumentum, ut fructus ferat mediante pu-
refactione terrena, reducitur in radicem,
er quam est capax ad recipiendum ex ter-
a virtutes dilatationis: & si incorruptum
emanserit, tunc non recipit virtutes, nec
ugmentatur. Simile est in auro, manens
ı propria substantia incorruptum; & quo-
sque corrumpatur, non recipit virtutes &
ires seminales; quia non est habile & pro-
um ad recipiendum tales virtutes. Cùm au-
em ad materiam primam & agillimam na-
uram reducitur, tunc recipit virtutes, & par-
icipat cum vegetabilibus. Et ideò dicit
Thales: hic lapis oritur, sicut res germi-
 nans:

nans: Igitur aliud nondum erit, quàm ut primo, si saltem debeat fieri tinctura recta & certa; habeatur substantia agilis mercurii optimè præparata in materiam gradus, & essentiam, uti esset, quàm natura in terra informat. Sic pariter cum natura agillimè perfecerit mercurium, tunc infundit ipsi formam auri. Oportet ergo ut habeamus mercurium agilem, & huic infundamus, & reddamus ei tincturam: aut vel recipiamus ipsum ex argento vivo, vel ex auro vel ex quacunque re talis materia agilis venerit, requiritur, ut sit subtilis, clara, munda & pura, sicuti in principio, ubi natura in eam formam auri induxerat. Et ideo dicit liber primus stoicorum: In subtilitate nostræ artis faciamus materiam, ut educamus rem similem, sicut prius erat ab initio, absolutam ab omni adversa transmutatione, hoc est, ut sit res simplex segregata ex substãtia terrena elementorum, non quod esset res absque elementis, sed res subtilissimè præparata. Et ideo dicit Plato: operatio nostra non est omnino similis operationi naturæ; quia natura ex simplicibus, sicut ex elementis facit composita & naturalia. Sed nos è contrario. Cùm enim facimus ex compositis simplicia, sicut ex auro, segregamus rem & naturam agilem, ex qua tunc faciamus rem compositam, hoc est, tincturam. Et hæc res simplex & extracta hoc in loco dicitur materia; & ideo mercurius agilis est res, quã natura non perfecit, quia non fecit ex ea tincturam, sed solummodo dedit ei formam, ultra

quam

quam nō potuit eam ducere in tincturam: quia non potuit dare formam convenientem tinctu-ræ. Sed illud potest homo mediante arte; & hæc res dicitur luna recta antecedens solem, hoc est, aurum & decoratur cum auro. Quoniam hæc luna est iste mercurius. Decoratur & informatur cum auro, ut in consequētibus breviter ponitur, ipsum aurum esse animam illius mercurii. De isto scribit senior, dicens: Sol oritur in luna crescente, & iste mercurius dicitur corpus mortuū, quod revivificatur per additionem animæ suæ: & hæc est mulier, cui vir associetur. De quo Rasis ponit in libro luminis luminum, dicens: Servus rubicundus albam duxit mulierem. Et est prænotandum, rem esse multum agiliorem & subtiliorem, ut sua forma ei reddatur, cum sit mundata & subtiliata ab omni terrestreitate, quàm cum retineret terrestreitatem. Similis modus hic est. Si vero aurum in hunc agilem mercurium reducitur, & sua forma ei datur, tunc maximè agilitatur & subtiliatur ad penetrandū. Et hoc sit dictum de una parte, videlicet de auri materia, quæ rectè dicitur mercurius Philosophorum, qui est medium conjungendi tinctu-ram, de quo multa ponit Geber in sua summa & hoc facillimè totum opus consummatur: Et ideo dicitur lapis patens. Nunc dicendum est de lapide occulto, qui dicitur forma & anima eius.

Mercurius prædictus factus est fugitivus: requiritur ergo, ut figatur & stabiliatur. Item fa-

ctus est mortuus & raptus ab anima: ipse enim est materia. Igitur reddamus ei formam & animam, ut vivus efficiatur & stabiliatur. Et ideò dicit Plato: materia flueret in infinitum, nisi forma præveniret & restingueret fluxum. Igitur apponenda est forma propria huic materiæ; & sciendum, quòd talis forma aliud non est, quàm aurum. Quamvis materia supradicta in rectum ad aurum convenienter diceretur forma, sive anima, & aurum ex se diceretur materia & corpus: quoniam hæc materia agilior est auro, in se tamen hic dicitur materia agilis corpus vel materia. Et corpus auri dicitur forma & anima; quia, ut Rasis dicit, corpus est forma, spiritus verò materia. Et benè loquitur, quia materia esse suum non habet sine forma, sicut ea agilis materia suum esse & permanere non habet, nisi ab corpore auri. Propterea corpus & aurum est quasi vinculum & forma mercurii prædicti. Et ideò dicit Hermes: absque lapide rubeo non fit tinctura vera. Item Geber sic dicit; nullum metallum submergitur in mercurio, nisi aurum. Sed deberet dicere, in prædicto mercurio liquatur & submergatur aurum si tinctura ex eo fieri debeat. Et iterum dicit in sua summa: cum auro permiscentur spiritus & figuntur subtilitate artis. Etiam Morigines dicit: opus in finem non producitur, donec aurum & argentum conjungantur; & in argento præfigurat mercurium ante dictum. Et hoc vult Rasis, dicens: Servus rubeus, ut supra, &c. Etiam hoc

vult

vult Virgilius in 6. Æneid. in una fabula, ubi ponit, quomodo Æneas & Sybilla aggressi sunt virgultum: & cum putabatur media pars virgultæ, tunc semper recrescebat. Et hic est flumen aureum, quod Ovidius & multi Poëtæ in facetiis eloquiorum suorum occultaverunt. Tale aurum & talis ars dicitur fermentum, quod perficit tincturam: & pro certo in illo latet tota ars, quoniam ipsum est corpus, retinens animam. Sicut enim anima suas vires demonstrare non potest, nisi in corpore, ita tinctura absque adductione corporis non perficitur. Igitur statim, cùm hæc materia fuerit extracta, orta & apparata, reducatur ad corpus & fermentum: quia cum ipso stabilitatur, ut non fugiat & fixatur. Et hoc vult Plato, dicens libro quarto stoicorum: Huic corpori adjungatur anima, de quo fuit, & non alio: quia non habet vitam, nisi per proprium corpus. Sicut pasta non vult fermentari cum alieno, sed cum sua natura, ita mercurius prædictus non alio fermentatur, quàm cum corpore suo. Et ideò dicit Hermes fermentũ auri aliud non est, quàm aurum. Quamvis materia prima sit alba, tamen est aureæ naturæ, quia ex auro provenit, & in finem transmutatur in rubedinem crocei, cum apponitur ei fermentum. Et hæc sunt ista duo elementa, quæ in unum conjunguntur, scilicet humidum & siccum. Humidum est mercurius iste agilis extractus ab auro, qui factus est fugitivus & fluxibilis: & hoc per primam operatio-

nem.

nem. Siccum vero eſt corpus & fermentum, quo mediante figimus, capimus & reſervamus mercurium prædictum, & iſtud corpus dicitur lapis occultus, quoniam nullus Philoſophorum ſatis mirari potuit, unde eſſet illud, ut fugitivus mercurius prædictus attraheret & fugitivum redderet corpus ſibi appoſitum: & è contra corpus fixum retraheret mercurium fugitivum, & reſervaret ipſum in æternum ne fugeret: Sunt n. unius naturæ: ideo uniuntur. Ideo illud corpus dicitur lapis occultus, q̃a ſolus fert agilitates & virtutes, quæ ſenſu non percipiuntur, niſi ut capiantur ſolummodo per prædictũ purum & extractũ mercuriũ, qui his virtutibus præponitur. E. Geber loquitur, dicens: Mercurius colorem croceum habere non poteſt, niſi cum admixtione rei tingentis ipſum, quæ ſolummodo naturæ eſt cognita. Nota putat enim aurum, quia occultè totam continet tincturam. Et ideo alibi dicit: aurum enim eſt perfecta tinctura. Et hoc dicit Hermes: hic eſt lapis benedictus, ſine ejus permixtione patentes lapides, id eſt, mercurii antedicti tota periit tinctura. Et hic lapis benedictus eſt cor, forma & tinctura auri, quam quærunt omnes Philoſophi. De quo ſcribit Hermes, dicens: adhuc in fine hujus ſeculi cœlum & terra conjunguntur, intelligens per cœlum & terram prædicta duo entia. Et hoc opus bipartitum eſt, id eſt, duas habet partes. Prima pars eſt de præparatione mercurii; Secunda eſt de fixatione & fermentatione ipſius mercurii; quia tũc

fit

t vera unio elementorum ; quia rectè conjun-
ıntur res agens & virtus patiens , quæ ſimul
niuntur. Et ideo cum tales res ſint compoſitæ
rectè præparatæ , ut convenit, & appoſitæ in
tro calori temperato , tunc per ſe agit natura.
cuti natura in materia naturali infra terram o-
eratur formam ; Sic & in vitro in materia pro-
oſita & præparata. Cùm enim materia ſit fun-
ımentum ortus : Igitur ſi undique rectè diſpo-
tur , tunc eſt ſuſcipiens operationes & conci-
ens formam rei , ad quam materia eſt ordina-
, ſicut ſemper adſint influentiæ & operationes
ellarum. Et ideo ars eſt ſolummodo præpara-
o, præparatrix & habilitatrix materiæ. Sed na-
ra de cetero in tali materia operatur formam,
convenit , ſic ex duabus rebus prædictis effi-
ur tantùm una ſubſtantia tingens metalla in
rum , ſic quod talis ſubſtantia vera & recta a-
ma & forma auri dicitur, & hæc neceſſitas eſt.
uapropter Plato poſuit aliquas formas ſepa-
tas , ubi putabant ſolummodo hanc formam
njungendá per alchymiam ſuæ materiæ , h.e.
ateriis ſubtiliſſimis exiſtentib. in metallis im-
rfectis , tñ iſta forma non recipit metalla to-
iter , ſed tantummodo ſubtiliſſimam & pu-
ſimam materiam , quæ conducit auro , dere-
ques aliam materiã occultam. Et ideo alchy-
ſtarum intentio non eſt ad aurum faciendũ,
l ſolummodo intendunt facere rem altiorem
o, videlicet tincturam, quæ eſt in actione , ut
ma auri. Et hæc forma etiam dicitur fermen-
tum

tum in respectu ad metalla imperfecta, quamvis aurum sit fermentum in respectu mercurii antedicti extracti. Et hic mercurius & fermentum illius sunt unius naturæ: quia corpus penetrat mercurium, & unitur cum eo, sic ut fermentum efficiatur spirituale, subtile & agile, sicut mercurius: & uniuntur tanquam aqua permixta aquæ. Sic quod in corpore occultum erat, manifestatur, & manifestum occultatur, pari modo, ut cera liquefacta est unius naturæ cum dura, & è contra dura cera cum liquida. Et ex his duobus unum coagulum factum est; simili modo, ut coagulum lacti coagulat solummodò in caseum partes lactis; quæ sunt de natura casei, & non totum lac coagulat in caseum, sed solummodò aliquas partes. Tinctura non omnes partes metallorum imperfectorum coagulat, sed solummodo has, quæ cõveniunt cum auro, & quas solummodò tingit in aurum. Hæ partes aliud non sunt quam argentum vivũ purum: reliquas vero partes non tingit. Itẽ sciendum sic simili modo argentum vivum mundum ac purum coagulatur illud est aurũ & metallum perfectum. Sed si sulphur solum congelatur, totaliter mortuum manet, cum vero sulphur & argentum vivum simul congelantur, illud est metallum imperfectum, & tale sulphur spoliatur & separatur ab ipsis metallis imperfectis, si saltem debeat fieri. Et sicuti natura tale sulphur in suis mineris removet ab ipsis metallis imperfectis per tempus longum; Sic ars

me-

mediante tinctura, illud facit in tempore brevi.

Et si metalla imperfecta participant cum auro videlicet per proprietates eorum in quibus conveniunt: quia ut aurum sibi malliabile & fluxibile, sic & cetera metalla imperfecta faciunt. Et hoc est signum propinquitatis eorum: & quanto propinquius res conveniunt, tanto libentius permiscentur, uniuntur & recipiuntur: est enim manifestum, metalla dætera cum auro in unum confluere compositum, quod aliæ res, ut lapides, ligna & herbæ non faciunt. Et hoc est certum signum propinquitatis naturæ, auri & aliorum metallorum. Et ideo ars docet transmutare metalla imperfecta in aurum, non alias res, ut lapides &c. Propter magnam differentiam inter naturam auri & ipsarum: imo maxima & miraculosa esset transmutatio harum rerum, si reducerentur in talem materiam, quæ reciperet tincturam & formam auri: & si ista materia non reperiretur præparata in ipsis metallis imperfectis, ipsa ars esset invalida omnino. Cum vero talem materiam habeat præparatam, à natura in ipsis metallis imperfectis. Igitur ars est possibilis, per quam & mediante natura possumus præparare formam, & materiam illorum, ex aliquibus spiritibus, quibus insunt virtutes metallicæ per modum, ut supra scriptum est.

Et

Et hoc dictum sit documentum generale ingeniosis & veris Alchymistis, qui per subtilitates & tentamenta principiorum artis in eorum operationibus sine dubio veritatem inveniunt, si supradictos articulos bene intelligant & cordi recondant, Amen.



DE



DE PLANETARUM, METALLORUM, MAGISTRORUM ET ELEmentorum

PROPRIETATE, NATURA, TRANSMUTATIONE, Qualitatibus, & mixtione,

Tractatus ſagaciſſimus,

AB

Innominato quopiam Philoſopho conſcriptus.

SEPTEM *ſunt Planetæ, ſecundum quorum influxum omnia inferiora regũtur, & eorum ſapiunt naturam ſecundum magis & minus; qui ſunt, Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna. Et ſicut ſunt ſeptem Planetæ, ita ſunt ſeptem metalla quæ ſapiunt naturam eorum, ſicut ab eis deſcendunt, & hæc ſunt Plumbum, quod à Philoſophis appellatur Saturnus, quod ab eo ſuam trahit naturam; Argẽtum vivum, quod appellatur Mercurius, quia ab eo ſuam trahit naturam; Stannum, quod appellatur Iupiter, quia ab eo ſuã trahit naturam; Ferrum, quod appellatur Mars, quia ab*

eo suam trahit naturam; Cuprum, quod appellatur Venus, quia ab eo suam trahit naturam; Aurum, quod appellatur Sol, quia ab eo suam trahit naturam; Argentum, quod vocatur Luna, quia ab eo suam trahit naturam. Tu ergo, qui vis naturas metallorum transmutare, vel naturam unius in naturam alterius convertere, considera naturam Planetarum, qua plenè cognita, poteris scire, quæ tibi necessaria erunt ad transmutationem & colorationes metallorum. Et nota quod septem sunt magistri, qui magnam habent facere transmutationem metallorum, & habent dare colorem, scilicet albedinem & rubedinem, porositatem & fixationem. Et certè isti magistri sunt, Salarmoniacus, qui habet de sanguine humano, & sale communi, ut plenius dicetur infra. Sal gemmæ, quod est coloris Cristallini: Sal nitri, quod fit ex nitro, & sale Alembrot: Sal alcali, quod fit ex sale gemmæ, & nitro bene trito; Et isto utuntur vitrarij ad fusionem vitri, quia efficaciter operatur: Sal commune, quod fit ex aqua marina vel salsa: Sal alembrot, quod fit ex tribus herbarum succis. Et illud est magister magistrorum. Nam facit mirabilia; quia de argento vivo facit bonum argentum, & aurum purissimum. Et satis iam vidimus, quot sunt Planetæ, & quot metalla, & quot magistri: nunc restat videre naturam ipsorum, & primo Saturnus est frigidus & humidus, albus cum obscuritate, fixus cum quadam mollitie & gravedine multa, & ab isto Planeta trahit suam naturam plumbum. Est itaque plumbum frigidum, humidum, album, sed obscurum, fixum, non porosum. Diximus tibi nunc plumbi naturam simpliciter, quam tibi per gradus ostendemus.

demus. Est autem plumbum frigidum in tertio gradu, humidum in secundo, album in secundo, fixum in secundo. Et nota, quod tantum sunt quatuor gradus in naturis metallorum secundum Hermetem patrem Philosophorum.

Mercurius est humidus & frigidus cum quadam siccitate, tamen est albus, liquidus, mollis, ponderosus, à quo suam naturam trahit argentum vivum, quod de sua natura est frigidum & humidum, album, liquidum, ponderosum valde, & habet dare siccitatem cuilibet rei vitam habenti, sive sit vegetabilis, sive sensibilis: Et scias quod est in quarto gradu frigidum, humidum in tertio, album in primo, ponderosum in quarto.

Mars est ferrum, quod est frigidum in primo gradu siccum in tertio, album in tertio.

Sol est aurum, quod de sua natura est calidum & humidum in tertio gradu, croceum in primo, fixum & ponderosum in quarto.

Venus est æs, seu cuprum, quod est calidum in tertio gradu, siccum in primo, porosum in tertio, mixti coloris, pondus habens æris.

Iupiter est stannum, quod est frigidum & siccum, in primo gradu, porosum in tertio, & fixum.

Luna est frigida & humida porosa, alba, & de natura sua cito mobilis, à qua argentum habet suam naturam, quod frigidum & ponderosum in tertio, humidum in primo, album in quarto; pondus habet commune.

Vidimus naturas Planetarum & metallorum, nunc videamus naturas septem magistrorum, cum quibus na-

tura omnium metallorum potest conservari, & destrui, & in aliam naturam converti, secundum magis & minus: habent etiam dare, & conservare, & removere albedinem, & omnem alium colorem metallis noscitur cõvenire. Habent etiam potestatem & virtutem dandi, conservandi, & removendi porositatem, & per consequẽs tribuendi fixitatem, & removendi impuritatem. Habẽt etiam dare, conservare, & fugare frigiditatem, humiditatem, siccitatem, & caliditatem & hoc secundum magis & minus.

Vidimus potestatem & virtutem septem magistrorum in genere; nunc videbimus singulariter distinguendo de singulis. Et primo scias quod sal armoniacus de sua natura est calidus & siccus in primo gradu, porosus in tertio, albus in quarto, & habet minuere grave pondus, & reducere ad pondus ipsa metalla.

Sal gemmæ calidum est in primo gradu, humidum in tertio, album in quarto, fixum in tertio, non porosum, & habet dare pondus majus: ex quo tamẽ sapiens intelligere debet, quod habet potestatem dandi humiditatem, caliditatem, albedinem, fixitatem, & majus pondus metallis non habentibus pondus secundum Hermetem.

Sal nitrum est calidum & siccum in primo gradu, album in medio primi, porosum in quarto, & habet grave pondus alleviare.

Sal calcis est calidum in medio primi gradus, humidum in tertio, album in primo, fixum in secundo, & habet pondus alleviare: Sume igitur ipsum secundum potestatem, quam habet in gradibus de natura sua.

Sal commune est calidum & siccum, & quia non multum operatur in transmutatione & coloratione, ideo

ideo ipsius naturam tibi amplius non describam.

Sal alkali est calidum & siccum, & obscurum in primo gradu, ponderosum in quarto. Considera ergo ex hoc, quod omnia prædicta potest dare metallo ipsa non habenti.

Sal alembrot, quod est magistra magistrorum, de sui natura est calidum & humidum, non porosum, fixum, ponderosum, album intrinsecus, & rubeum extrinsecus. Et scias, quod per se coagulat argentum vivum, & retinet, & convertit in argentum firmum, & aurum purißimũ apposita scilicet octava parte in qualibet.

Vidimus naturas Planetarum, metallorum, & magistrorum: Nunc videamus officia, & primo transmutationem primi planetæ, scilicet Saturni in argentum & aurum; & primo quomodo transmutatur in argentum optimum: Et si perfecte operari volueris, considera naturas utriusque, & vide diligenter si naturæ concordant in aliquibus &c. Considera etiam in quibus discordant; Et certe concordabunt in frigiditate & humiditate, & quoniam in albedine scilicet, discordant in pondere, & fixitate, & albedine & porositate, quia Saturnus est albus cum obscuritate, luna est alba cum claritate. Postquam ergo vidisti concordantias, & discordãtias, reduc discordantias ad concordantiam, & sic habebis optimum argentum, quo nullum melius invenitur; Et si quæras, qui sint magistri, qui habeant hoc facere? Respondeo, quod cognitiones potes habere per supradicta, & si per hæc non habes, apertius tibi describam. Cõsidera quis sit magister, qui habet virtutem reducendi grave pondus ad pondus commune: & certe hic est sal nitri. & ille, qui habet dare porositatem, est sal armoniacus: etiam albedo datur cum

nem. Siccum vero est corpus & fermentum, quo mediante figimus, capimus & reservamus mercurium prædictum, & istud corpus dicitur lapis occultus, quoniam nullus Philosophorum satis mirari potuit, unde esset illud, ut fugitivus mercurius prædictus attraheret & fugitivum redderet corpus sibi appositum: & è contra corpus fixum retraheret mercurium fugitivum, & reservaret ipsum in æternum ne fugeret: Sunt n. unius naturæ: ideo uniuntur. Ideo illud corpus dicitur lapis occultus, q̃a solus fert agilitates & virtutes, quæ sensu non percipiuntur, nisi ut capiantur solummodo per prædictũ purum & extractũ mercuriũ, qui his virtutibus præponitur. E. Geber loquitur, dicens: Mercurius colorem croceum habere non potest, nisi cum admixtione rei tingentis ipsum, quæ solummodo naturæ est cognita. Nota putat enim aurum, quia occultè totam continet tincturam. Et ideo alibi dicit: aurum enim est perfecta tinctura. Et hoc dicit Hermes: hic est lapis benedictus, sine ejus permixtione patentes lapides, id est, mercurii antedicti tota periit tinctura. Et hic lapis benedictus est cor, forma & tinctura auri, quam quærunt omnes Philosophi. De quo scribit Hermes, dicens: adhuc in fine hujus seculi cœlum & terra conjunguntur, intelligens per cœlum & terram prædicta duo entia. Et hoc opus bipartitum est, id est, duas habet partes. Prima pars est de præparatione mercurii; Secunda est de fixatione & fermentatione ipsius mercurii; quia tũc

fit

fit vera unio elementorum ; quia rectè conjunguntur res agens & virtus patiens , quæ simul uniuntur. Et ideo cum tales res sint compositæ & rectè præparatæ , ut convenit, & appositæ in vitro calori temperato , tunc per se agit natura. Sicuti natura in materia naturali infra terram operatur formam ; Sic & in vitro in materia proposita & præparata. Cùm enim materia sit fundamentum ortus : Igitur si undique rectè disponitur , tunc est suscipiens operationes & concipiens formam rei , ad quam materia est ordinata, sicut semper adsint influentiæ & operationes stellarum. Et ideo ars est solummodo præparatio, præparatrix & habilitatrix materiæ. Sed natura de cetero in tali materia operatur formam, ut convenit , sic ex duabus rebus prædictis efficitur tantùm una substantia tingens metalla in aurum , sic quod talis substantia vera & recta anima & forma auri dicitur, & hæc necessitas est. Quapropter Plato posuit aliquas formas separatas , ubi putabant solummodo hanc formam conjungendā per alchymiam suæ materiæ , h.e. materiis subtilissimis existentib. in metallis imperfectis , tñ ista forma non recipit metalla totaliter, sed tantummodo subtilissimam & purissimam materiam , quæ conducit auro , derelinques aliam materiā occultam. Et ideo alchymistarum intentio non est ad aurum faciendū, sed solummodo intendunt facere rem altiorem auro, videlicet tincturam, quæ est in actione , ut forma auri. Et hæc forma etiam dicitur fermen-

tum

tum in reſpectu ad metalla imperfecta, quamvis aurum ſit fermentum in reſpectu mercurii antedicti extracti. Et hic mercurius & fermentum illius ſunt unius naturæ: quia corpus penetrat mercurium, & unitur cum eo; ſic ut fermentum efficiatur ſpirituale, ſubtile & agile, ſicut mercurius: & uniuntur tanquam aqua permixta aquæ. Sic quod in corpore occultum erat, manifeſtatur, & manifeſtum occultatur, pari modo, ut cera liquefacta eſt unius naturæ cum dura, & è contra dura cera cum liquida. Et ex his duobus unum coagulum factum eſt; ſimili modo, ut coagulum lacti coagulat ſolummodò in caſeum partes lactis, quæ ſunt de natura caſei, & non totum lac coagulat in caſeum, ſed ſolummodò aliquas partes. Tinctura non omnes partes metallorum imperfectorum coagulat, ſed ſolummodo has, quæ cõveniunt cum auro, & quas ſolummodò tingit in aurum. Hæ partes aliud non ſunt quam argentum vivũ purum: reliquas vero partes non tingit. Itẽ ſciendum ſic ſimili modo argentum vivum mundum ac purum coagulatur illud eſt aurũ & metallum perfectum. Sed ſi ſulphur ſolum congelatur, totaliter mortuum manet, cum vero ſulphur & argentum vivum ſimul congelantur, illud eſt metallum imperfectum, & tale ſulphur ſpoliatur & ſeparatur ab ipſis metallis imperfectis, ſi ſaltem debeat fieri. Et ſicuti natura tale ſulphur in ſuis mineris removet ab ipſis metallis imperfectis per tempus longum; Sic ars


me-

mediante tinctura, illud facit in tempore brevi.


Et si metalla imperfecta participant cum auro videlicet per proprietates eorum in quibus conveniunt: quia ut aurum sibi malliabile & fluxibile, sic & cetera metalla imperfecta faciunt. Et hoc est signum propinquitatis eorum: & quanto propinquius res conveniunt, tanto libentius permiscentur, uniuntur & recipiuntur: est enim manifestum, metalla *cætera* cum auro in unum confluere compositum, quod aliæ res, ut lapides, ligna & herbæ non faciunt. Et hoc est certum signum propinquitatis naturæ, auri & aliorum metallorum. Et ideo ars docet transmutare metalla imperfecta in aurum, non alias res, ut lapides &c. Propter magnam differentiam inter naturam auri & ipsarum: imo maxima & miraculosa esset transmutatio harum rerum, si reducerentur in talem materiam, quæ reciperet tincturam & formam auri: & si ista materia non reperiretur præparata in ipsis metallis imperfectis, ipsa ars esset invalida omnino. Cum vero talem materiam habeat præparatam, à natura in ipsis metallis imperfectis. Igitur ars est possibilis, per quam & mediante natura possumus præparare formam, & materiam illorum, ex aliquibus spiritibus, quibus insunt virtutes metallicæ per modum, ut supra scriptum est.

Et

Et hoc dictum sit documentum generale ingeniosis & veris Alchymistis, qui per subtilitates & tentamenta principiorum artis in eorum operationibus sine dubio veritatem inveniunt, si supradictos articulos benè intelligant & cordi recondant, Amen.



DE



DE PLANETARUM, METALLORUM, MAGISTRORUM ET ELEMENTORUM PROPRIETATE, NATURA, TRANSMUTATIONE, *Qualitatibus, & mixtione*, Tractatus ſagaciſſimus, AB Innominato quopiam Philoſopho conſcriptus.

SEPTEM *ſunt Planetæ, ſecundum quorum influxum omnia inferiora regũtur, & eorum ſapiunt naturam ſecundum magis & minus; qui ſunt, Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna. Et ſicut ſunt ſeptem Planetæ, ita ſunt ſeptem metalla quæ ſapiunt naturam eorum, ſicut ab eis deſcendunt, & hæc ſunt Plumbum, quod à Philoſophis appellatur Saturnus, quod ab eo ſuam trahit naturam; Argẽtum vivum, quod appellatur Mercurius, quia ab eo ſuam trahit naturam; Stannum, quod appellatur Iupiter, quia ab eo ſuã trahit naturam; Ferrum, quod appellatur Mars, quia ab*

eo suam trahit naturam; Cuprum, quod appellatur Venus, quia ab eo suam trahit naturam; Aurum, quod appellatur Sol, quia ab eo suam trahit naturam; Argentum, quod vocatur Luna, quia ab eo suam trahit naturam. Tu ergo, qui vis naturas metallorum transmutare, vel naturam unius in naturam alterius convertere, considera naturam Planetarum, qua plenè cognita, poteris scire, quæ tibi necessaria erunt ad transmutationem & colorationes metallorum. Et nota quod septem sunt magistri, qui magnam habent facere transmutationem metallorum, & habent dare colorem, scilicet albedinem & rubedinem, porositatem & fixationem. Et certè isti magistri sunt, Salarmoniacus, qui habet de sanguine humano, & sale communi, ut plenius dicetur infra. Sal gemmæ, quod est coloris Cristallini: Sal nitri, quod fit ex nitro, & sale Alembrot: Sal alcali, quod fit ex sale gemmæ, & nitro bene trito; Et isto utuntur vitrarij ad fusionem vitri, quia efficaciter operatur: Sal commune, quod fit ex aqua marina vel salsa: Sal alembrot, quod fit ex tribus herbarum succis. Et illud est magister magistrorum. Nam facit mirabilia; quia de argento vivo facit bonum argentum, & aurum purissimum. Et satis iam vidimus, quos sunt Planetæ, & quot metalla, & quot magistri: nunc restat videre naturam ipsorum, & primo Saturnus est frigidus & humidus, albus cum obscuritate, fixus cum quadam mollitie & gravedine multa, & ab isto Planeta trahit suam naturam plumbum. Est itaque plumbum frigidum, humidum, album, sed obscurum, fixum, non porosum. Diximus tibi nunc plumbi naturam simpliciter, quam tibi per gradus ostendemus.

demus. Est autem plumbum frigidum in tertio gradu, humidum in secundo, album in secundo, fixum in secundo. Et nota, quod tantum sunt quatuor gradus in naturis metallorum secundum Hermetem patrem Philosophorum.

Mercurius est humidus & frigidus cum quadam siccitate, tamen est albus, liquidus, mollis, ponderosus, à quo suam naturam trahit argentum vivum, quod de sua natura est frigidum & humidum, album, liquidum, ponderosum valde, & habet dare siccitatem cuilibet rei vitam habenti, sive sit vegetabilis, sive sensibilis: Et scias quod est in quarto gradu frigidum, humidum in tertio, album in primo, ponderosum in quarto.

Mars est ferrum, quod est frigidum in primo gradu siccum in tertio, album in tertio.

Sol est aurum, quod de sua natura est calidum & humidum in tertio gradu, croceum in primo, fixum & ponderosum in quarto.

Venus est æs, seu cuprum, quod est calidum in tertio gradu, siccum in primo, porosum in tertio, mixti coloris, pondus habens æris.

Iupiter est stannum, quod est frigidum & siccum, in primo gradu, porosum in tertio, & fixum.

Luna est frigida & humida porosa, alba, & de natura sua cito mobilis, à qua argentum habet suam naturam, quod frigidum & ponderosum in tertio, humidum in primo, album in quarto; pondus habet commune.

Vidimus naturas Planetarum & metallorum, nunc videamus naturas septem magistrorum, cum quibus na-

ideo ipsius naturam tibi amplius non describam.

Sal alkali est calidum & siccum, & obscurum in primo gradu, ponderosum in quarto. Considera ergo ex hoc, quod omnia prædicta potest dare metallo ipsa non habenti.

Sal alembrot, quod est magistra magistrorum, de sui natura est calidum & humidum, non porosum, fixum, ponderosum, album intrinsecus, & rubeum extrinsecus. Et scias, quod per se coagulat argentum vivum, & retinet, & convertit in argentum firmum, & aurum purißimũ apposita scilicet octava parte in qualibet.

Vidimus naturas Planetarum, metallorum, & magistrorum: Nunc videamus officia, & primo transmutationem primi planetæ, scilicet Saturni in argentum & aurum, & primo quomodo transmutatur in argentum optimum: Et si perfecte operari volueris, considera naturas utriusque, & vide diligenter si natura concordant in aliquibus &c. Considera etiam in quibus discordant; Et certe concordabunt in frigiditate & humiditate, & quoniam in albedine scilicet, discordant in pondere, & fixitate, & albedine & porositate, quia Saturnus est albus cum obscuritate, luna est alba cum claritate. Postquam ergo vidisti concordantias, & discordãtias, reduc discordantias ad concordantiam, & sic habebis optimum argentum, quo nullum melius invenitur; Et si quæras, qui sint magistri, qui habeant hoc facere? Respondeo, quod cognitiones potes habere per supradicta, & si per hæc non habes, apertius tibi describam. Cõsidera quis sit magister, qui habet virtutem reducendi grave pondus ad pondus commune: & certe hic est sal nitri & ille, qui habet dare porositatem, est sal armoniacus: etiam albedo datur cum

eodem sale armoniaco, & sic postea isti magistri cū plumbo fient bonum argentum. Ad hoc autem, ut scias perfectè negotiari, & perfectionem investigare, scias quod in quolibet gradu, in quo natura deficit, quam habere desideras, debes ponere octavam partem illius magistri, qui habet naturam dare. Istud intelligendum est in transmutationibus omnium & singulorum metallorum.

Medicina composita ad hoc inventa est, ut respiciat diversas ægritudines, & temperamenta, ad quam componendam oportet rerum virtutes in gradibus cognoscere. Dicimus enim quod ignis, prout est in mixtione, est calidus in quarto gradu, & siccus in tertio: & quia caliditas eius inest primo, patet quod nihil calidius est eo, & quod siccum secundario inest ei, patet; quia, si esset in eo tanta siccitas, quanta caliditas, quàm cito calefaceret tam cito desiccaret, quod non contingit: Et aqua frigida est in quarto, & humida in tertio gradu, quia etsi tendit in contrarium, ut possit calefieri, cum non possit congelari in siccum sua manente frigiditate; & ita magis est frigida quam humida. Aer primo est humidus in quarto, & calidus in medio tertij, quia humiditas obtundit caliditatem: Terra primo est sicca in quarto, secundario frigida in medio tertij; & ita fit circulatio omnium elementorū.

Ignis caliditatem infundit aeri: Aer humiditatem suam per caliditatem rarefactam infundit aquæ: Aqua frigiditatem suam immittit terræ per calorem aeris eam desiccando, & terra desiccata siccitatem suam frigefactam, humefactam & calefactam infundit aeri, itaque recuperat ignis caliditatem suam remissam præ qualitatibus aliorum elementorum. Aer similiter humiditatem, Aqua frigiditatem, Terra siccitatē suam &c. Secundum

istam mixtionem fit mixtio elementorum. Est igitur ignis in aqua, quia est in aere existente in terra; & aqua est in igne, quia est in terra existente in igne; & terra est in aere, quia est in igne existente in aere; & ita est eorum mixtio transmutabilis ad quamcunque proportionem, & ita tandem ad temperatam quam quærimus. Aurum est temperatissimum, & tamen declinat ad calidum & siccum in medio primi gradus, propterea non cedit igni, scilicet per mediu inam, naturam omnino volens adæquari. Argentum habet de terra unum, de aqua medium, de aere quartum, de igne octavum: Vnde est frigidum in tertio, humidum in secundo; duæ partes sunt Mercurij, & tertia pars sulphuris. Plumbum habet de terra duas partes, de aqua unam partem & dimidiam, de aere quartam, de igne dimidiam: de Mercurio duæ sunt partes & dimidia, de sulphure una pars & dimidia, & est frigidum in quarto, & humidum in tertio. Stannum habet de aqua unam, de terra tertiam, de aere quartam, de igne octavam, de Mercurio sunt duæ partes & dimidia, de sulphure una pars & dimidia, complexionis humidæ & frigidæ. Cuprum habet de igne unum, de aere medium, de terra quartum, de aqua quartum: de sulphure duæ sunt partes, de Mercurio una: complexionis calidæ & siccæ, Ferrum habet de igne duo, de aere quartum, de terra medium, & de aqua tertium: de sulphure habet duas partes, de Mercurio unam; complexionis calidæ & siccæ.

Nunc autem scis componere metalla, si fueris industrius. Mercurius est humidus in quarto, & frigidus in medio quarti; Et sulphur calidum in fine tertij, & siccum in fine quarti præter quinque minuta.

Et nota, quod gradum hic dividimus in sexaginta minuta, ad æquandum fractiones.

Arsenicum calidum est in fine quarti, siccum in medio tertii. Sal armoniacus calidus est & siccus in medio quarti, præter quatuor minuta. Calx auri est medium, scilicet declinat ad calidum & siccum in medio primi gradus, ut aurum. Calx argenti calida est & sicca in secundo gradu. Calx cupri in tertio: Ferri in medio quarti: Calx plumbi in medio tertii: Calx stanni in primo secundi. Calx Mercurii novies sublimati, sicca in quarto: calida in tertio.

Elementis separatis & ad suas simplicitates reductis, quantum poßibile fuerit, sic est procedendum, ad mixtionem. Videtur quod ex igne & aqua surgat medium, & ex aere & terra, sed non est ita, quia qualitates secundæ non sunt in gradu primarum; unde in æquatione Elementorum duplex est via, una est, ut conserves qualitates primas, & reducas secundas ad eundem gradum in quo sunt primæ, ut ignis, qui est siccus in fine tertii, reducas ipsum ad finem quarti. Alia via est magis apparens, tamen est eadem ut conserves primas, & omninò destruas secundas, ut destruatur siccum in igne, ita ut tantum remaneat calidum, unde cum unus gradus habet sexaginta minuta, quatuor gradus habent ducenta quadraginta minuta. Dico ergo sic de igne æquandò. Ignis calidus in quarto, siccus in fine tertij: minuta caliditatis sunt ducenta quadraginta, minuta siccitatis centum octuaginta, unde deficiunt sexaginta minuta de sicco in quarto. Restauremus illud de sicco in quarto, quod est terra, quæ sicca est in quarto, & frigida in medio tertij: modo sexaginta minuta deficiunt mihi, collocamus sexaginta de

terra

terra, & illa sexaginta sunt sicca in quarto, & frigida in medio tertij: quia qualibet pars gradus est in eodem gradu capere triginta de igne, misce simul, vide quid proveniat; quia triginta se habent ad secundum gradum, sicut sexaginta se habent ad quartum. Igitur tempera duos gradus frigiditatis, adde item quindecim minuta de igne, & tunc medietas tertij gradus temperabitur; illud adde ad ignem, & habebis siccitatem in quarto, sicut caliditatem in quarto de æquatione terræ.

Nunc ad terram accedo. Terra est frigida in medio tertij, & sicca in quarto. Minuta frigiditatis terræ sunt centum quinquaginta, siccitatis ducenta quadraginta, deficiunt de frigiditate nonaginta minuta. Misce nonaginta minuta terræ cum nonaginta minutis aquæ, & habebis aquam frigidam in quarto, & siccam in frigido. Aufer istam siccitatem: pone triginta minuta de aqua, & tunc neque est sicca, nec humida, nec calida, sed frigida in quarto; quia triginta minuta de quarto ponunt primũ gradum in temperamento. Misce illud æquatum cum terra, & habebis terram frigidam & siccam in quarto. De æquatione aquæ. Aqua autem sic adæquatur. Deficiunt de humido sexaginta minuta, accipe ergo sexaginta de aere, ducenta & tringinta de terra, & quindecim de aqua, ut dixi de igne, & adde illud adæquatum ad aquã non æquatam, & habebis aquam frigidam & humidam in quarto.

De æquatione aeris. Ad æquandum aerem accipe nonaginta de igne non æquato, & nonaginta de aere, & triginta de igne, & habebis propositum.

Alius adæquandi Elementa modus. Nunc & aliam viam, ut conserves qualitates primas, & secundas destruas,

struas, sic procede. Ad sexaginta de terra pone triginta, & quindecim de igne: suum tunc calidum nihil est, remanet tunc suum siccum in quarto.

Sic de igne: accipe sexaginta de igne, sexaginta de aere misceantur, & erit calidum in quarto, reducit calidum in medio tertij ad suum quartum gradum: humidum in quarto ad siccum in tertio facit ipsum esse humidum in primo gradu: corrige ipsum per terram siccam, tantùm appone quindecim de terra sicca, & destruet illud humidum; quia fit medium pondus de secundo gradu ignis reducit ipsum ad temperamentum: Sic quarta pars medij reducit, & sic de aliis contrariis: & sic habebis calidum tantum. Accipe sexaginta de aqua, & sexaginta de terra, & appone quindecim de aqua, & habebis frigidum. Accipe sexaginta de aere, & sexaginta de aqua, & appone quindecim de igne, & habebis humidum tantum.

His benè impreßis in mente habes proportionem miscendorum. Sed relinquitur unum, scilicet, ut scias convertere quodlibet in quodlibet, videlicet ignem in aquā, sicut elementa ad simplicitates poßibiles redacta, ut præmissum est. Appone ergo ignem in quarto ad aquam in quarto, & erit temperatū. Quicquid ergo apponetur erit eiusdem commixtionis: ut si aqua apponatur ad hoc temperatum, erit aqua; Et hæc causa una multiplicationis medicinæ. Et sic ex aquata elementorum mixtione surgit una quinta essentia incorruptibilis, cum non sit inter ea actio, neque paßio, & ita perseverans, quod est unum, alias meum intentum principale.

De

De qualitatibus similibus remittentibus.

Calidum in quarto *Calidum in tertio*	*Calidum quadraginta quinq; minutorum quarti.*
Calidum in quarto *Calidum in secundo*	*Calidum in medio quarti.*
Humidum in tertio *Calidum in primo*	*Calidum in medio primi.*
Calidum in quarto *Calidum in primo*	*Calidum XLV. minutorum quarti.*
Calidum in tertio *Calidum in secundo*	*Calidum XLV. minutorum tertij.*
Calidum in secundo *Calidum in primo*	*Calidum XLV. minutorum secundi.*

De qualitatibus contrariis.

Calidum in quarto *Frigidum in quarto*	*temperatum.*
Calidum in quarto *Frigidum in secundo*	*Calidum in secundo.*

De qualitatibus obtundentibus.

Humidum in quarto *Calidum in quarto*	*temperatum.*
Humidum in quarto *Calidum in tertio*	*Calidum XLV. minutorum tertij.*
Humidum in quarto *Calidum in secundo*	*Calidum in medio secundi.*
Humidum in quarto *Calidum in primo*	*Calidum in XV. minutis primi.*

Humi-


Humidum in tertio *Calidum in ſecundo*	*Calidum X L V. minutis ſecundi.*

De qualitatibus augentibus.


Siccum in quarto *Calidum in quarto*	*temperatum.*
Siccum in quarto *Calidum in tertio*	*Calidum X L V. minutorum quarti.*
Siccum in quarto *Calidum in ſecundo*	*Calidum in medio tertij.*
Siccum in quarto *Calidum in primo*	*Calidum X V. minutorum ſecundi.*
Siccum in tertio *Calidum in ſecundo*	*Calidum X L V. minutorum tertij.*
Siccum in tertio *Calidum in primo*	*Calidum in medio ſecundi.*
Siccum in ſecundo *Calidum in primo*	*Calidum X L V. minutorum ſecundi.*


Qualitates ſimiles remittuntur ſecundum minuta, ſed remanent in gradu intenſiori. Qualitates contrariæ remittuntur ſecundum gradus, & denominantur à majori qualitate in gradu. Qualitates obtundentes ſecundum gradum intenſiorem tenent ſuas vices, & remittunt gradus remiſſionis ſecundum minuta. Qualitates augentes permanent remiſſiores ſecundum minuta, & retinent proprium gradum.

Ignis


Ignis calidus est in 4. siccus in secundo.
CONTRARIA
Aqua frigida in 4. humida in tertio.
OBTUNDENS
OBTUNDENS
AUGENS
AUGENS
Terra sicca in quarto frigida in medio tertij.
CONTRARIA
Aer humidus in 4. Calidus in medio tertij.

F I N I S.





LIBER LUMINUM RASIS CESTRENSIS, PHILOSOPHI AC MEDICI Celeberrimi.

SI cupis alchymicos athleta ſubire labores,
Quatuor hos agiles inde ſubire rogos:
Ut non aufugiant in fumos extenuati
Aerei volucres mole fugante fugam;
Mortifica vivos prius & compeſce furores
Ipſorum fluido frigore conglomerans,
Donec adhuc veniant poſt talia vincla coacti,
Et fiant veluti candida gemma nimis.
Quos aqua, quæ penetrat, coquat & conglutinet uſque
Donec ad optatum perveniatur opus.
Arſenicum, ſulphur, Sal Mercurio ſocientur,
Armonis tituli cui dedit Elogium,
Ut velut eſt Vzifur connexio certa fugatur,
Mercurii ſic ſit ſaxea maſſa trium:
Pondere mixta pari ſub eadem mole liquoris
Siccenturq; prius poſt coquat unda calens.
Cocta lapis fiant, iterum reſoluta lapiſq;
Criſtalli ſpecies inſit ei renitens.
Filius hæc volucris generatus nocte ſub una
Conglobet in Maſſam, fiat ut ipſa lapis

Inq;

Inq; duodenum numerum qui sede secunda
Ponitur, ista coquat lympha sequens & eam.
Illa quidem penetrat, comitans ipsamq; remollit
Sic ab utraq; nitor corporibus dabitur.
Sive velut solum cum lacte coagula passo
Mercuriare, lapis fiat ut, id facias.
Caseus est triplicis natura, quando recens est,
Intra se quoniam continet ista tria,
Caseitas in eo quia frigida sicca probatur
Humidus & calidus fit biturosus ob hoc
Qui remanet liquor est calidus siccusq; potenter,
Humidus effectu, frigidus instar aquæ.
Caseus elicitur de lacte coagula passo
Frigidus & siccus, terra globosa velut.
Dum solidæ partes coeunt, densæq; coactæ,
Vis velut incidens cogit id efficitur
Spiritus incertus divisis atq; recisis
Partibus has iungit progrediens, rediens.
Quam semel arripuit partem dimittere nescit
Vi disiuncta sua, vi socians valida.
Partibus ipse carens divisa revincit in vnum,
Ima velut fumo flamma petit medio.
Humidus & calidus fit lactis adeps velut aer,
Pabula dans igni lubricus atque levis.
Quid superest, tibi sic calidum siccumq; probatur:
Siccans, dissoluens humiditate leui.
Hæc est causa latens quæ vilia dat pretiosa
Transfert interius, quod capit exterius.

De præparatione salis.

Sal commune rudi studium concludit in olla
Lædere quam nequeat flamma nimis vehemens.

Sitq;

Sitq; superpositum pondus, firmumq; sigillum,
Ne vis magna rogi dissipet istud opus.
Ignis suppositus vehemens ut candidet illud,
Donec deficiant omnimodò crepitus.
Album tolle rogo, post hoc tribuens ita coctum,
Si non aufugiat, tolle, reconde sagax.
Ignem si refugit, fac ut prius & magis album
Post hæc suscipiens, sicq; potentius est.
Hoc ita curatum, cum iam nullum fugit ignem,
Decoque donec ei, det rubor id quod amas.
Pars bene curati nivei, nec adhuc rubefacti,
Saturnum cruciet vertat ut in cinerem,
Deficiat penitus Saturnus sic cruciatus,
Fiat pulvureus qui fuit æthereus.
Pulvis erit croceus coctus pariterq; recoctus
Virtutem tutiæ suscipiens croceæ.
Quæ decocta diu, velut est sal iam memoratum,
Fit rubicunda nimis, sal quasi iam rubeum.
Ablue iam croceam, donec salsugo recedat
Ablutam consla, lunificam faciens.
Hæc rubeam venerem conflata facit renitentem
Lunificamq; frequens si repetatur opus.

De opere salis ad solem.

Solificat Venerem croceam bene purificatam,
Quam reddit rutilam iam rebefacta diu.
Sal rubeumq; magis rutilantem perficit usq;,
Donec id efficiat quod cupis atq; petis.
Testea vasa potes per eam vitreare velut vis,
Intus & exterius per magis atq; minus,
Sal rubeum rubea tutia mixtum bene purgat
Saturnumq; rudem, cum rubea venere,

Nec

Nec minus & croceam, quam solificat bene mundam,
Sic ab utroq; tibi commoda plura dabit.
Si tamen albumen rubeoq; sali, tutiaq;
Miscetur rubeæ fit citius quod amas.
Transeat in massam solidam, duram lapidosam
Sicq; litargyrium percipiatur opus.
Si repetis plus proficies, lucrosa fit hæc ars
Talibus & tantis clarificata modis.
Ad medicinales effectus congrua sunt hæc
Vulnera desiccant putrida vi nimia.
Vermes occidunt, carnisq; superflua rodunt
Curant sanguineos phlegmaticosq; globos.
Quicquid Ematitis datur auxilio diuturno,
Probet id antidotum, quod datur arte tua.
Si rubor armenicus vel zinabaris sericumq;
Coniungantur eis, si potiora dabunt.
Ossis & ariditas, & spinea piscis in unum
Conveniat pariter, corpus idem faciant,
Fiat & hoc pulvis tenuissimus igne cremandus
Par medium modium sic rude pulve eum.
Hæc humana saliva bibat, repetitio nam duodena
Fortior omnibus his atq; potentior est:
Nux & amygdala pinea, persica cum corylo fit
Præsidium validum pulvureo cineri
Horum testa pari mensura fi t in ossis,
Spinaq; tractetur, pulvis, itemq; cinis,
Contriti nuclei cineri socientur eorum
Ex his omnibus ut corpus idem veniat,
Tartareus pulvis ter sublimatus & albus,
Associetur eis, conglomerandus eis,

Inbibat hæc humana saliva frequens repetita,
Donec ter quinum perficiat numerum.
Hic pulvis tenuis nimium fit mercuriatus,
Si sit alumineus fit quasi fulmineus.
Lunificans & solificans quæ sunt memorata
Fortius, & potius, plenius & citius.
Non alumineus liquor hoc fugiat medicinam,
Condiat, hic glomorans, saxificans, cinerans,
Quodq; super fuerit variaminibus removetur
Augeat & vires alteritate sua.
Morphoseon potius preciosius omnibus hoc est.

Lympha maris decocta quater commixtaq; citro
Mercurium perimit perficit & nitidum
Quicquid acetosum potes accumulare, labora
Sicut acumineum fiat ut alchymicum,
Donec mercurium primas candore retento
Certa ne fugiat flammigeras acies,
Sitq; globosus itemq; metallicus ut jovialis,
Aut saturninus, malleus huncq; domans,
Talis ubi fuerit, dabit omnia quæ cupis usq;
Commixtus reliquis, sufficiensq; sibi.
Si nequit unda maris propter medicamen haberi,
Sit salsugo, suum fiat ut officium.
Sed piscis salsugo velut carnisq; recentis
Non coctæ potior, fit medicina sibi.
Testa recens ovi velut incinerata sub ima
Si puritate suo non careant niveo,
Dant cum mercurio purgato, mortificato
Lunificam Venerem mollificant & eam.

Vitrum prædictum Veneri coniunge liquatæ,
Solificabit eam, testa iuvabit opus
Non liquor humanus qui sanguinis est reliquamen
Hoc opus impediat sola saliva iuvat.
Qualiter in cinerem vestis pertranseat ovi
Combustum docet æs, vase rogo medio.

Quid sit Veneris naturæ veniens.

Omne quod humectat veneri penitus sit amicum,
Sicca gradu quarto quod manet exterius,
Humens interius satis est, ideoq; refulgens.
Hanc ut lunifices, iunge parum calidum.
Propterea sanguis communis, adeps, oleumq;
Mel cum lacte pari, sicca fugans iuvat hanc,
Frigida cuncta sibi mediocriter auxiliantur,
Humida quoq; fugant. Nam tenebrosa sui.
Propterea Lunæ, quæ frigida prorsus & humens,
Est intemperie, semper amica manet.
Omnibus in numeris est concors semper eidem,
Ariditas ab ea sola modo fugiat.
Expurgata venus prius, & splendens liquefacta
Vitrum præcipuè suscipiat croceum,
Sorte pari niveum sic & confletur eisdem
Vt sit corpus idem, quod rogus associat,
Et cinis ovorum combustis qui fit ab ovis,
Integritate sui consocietur eis.
Solificatur enim Venus hoc medicamine plenè
Sæpe cibata prius, lunificata satis,
Quo croceo mixto cum resplendentibus ovi
Combustis pariter, quod bene lunificat.
Lunificare volens igitur Venerem croceum fac
Ovi saxificum cum croceis reliquis.

Omnibus his mixtis, coctis & saxificatis,
Lunam suscipies artubus ex veneris.

Alchymiarum Alchymia.

Salsula quæ vocitatur acidula nominis ex re
Servat utrunq; maris littore progenita.
Salsus acetosius sapor est, ipsius alumen
Gignit adusta suo quod fluit ex cinere.
Inde fit & vitrum lapidi niveo sociatum
Istud alumen idem promit, & est viride.
Sæpius excoctum niveum fit, quod rude coxit
Flamma vorans ea, quæ dant alimenta sibi.
Quod superest igni Saturno lunificando
Congruit atq; Iovi, lunificatur eo.
Dispariter tamen, ille magis, minus iste cibatur
Conflatura quibus par fit & una cibus.
In sene maiores sunt, in iuniore minores
Sordes, quas debet flamma fugare mera.
Sordibus expulsis, & sordibus igne fugatis
Sit cibus his aqua quem præstat aluminea,
Quæ fit alumen ut id: Sumatur aquæ quater illud
Pondus ut exuperet, misceat & biduo
Post totidem noctes. Vitreum purum capiat vas
Alchymicus sermo, quod vocat alchalycum.
Quindenis utera vicibus iam purificatam
Esca recens illi fiat alumen idem.
Quod superest serva: fructus potior humidorum,
Cuncta liquor talis corpora mundificat.

De aqua Solis.

Sed melchalcalus est aqua condensata liquore,
Solis ut expurget corpora cuncta potens.

Quod

Quod primum ſupereſt, & poſt ſocietur eidem,
Hoc idem corpus, pulvis & alchymicus
Poſt albumineus factus bene mercuriatus;
Quicquid habere cupis dat tibi continuò.
Si repetis potius facias iſtud medicamen,
Et coctura frequens ſemper erit potior.
Iſte liquor geminus facit ut procedit ab ipſis,
Tertius & potior fiat eis per eos.
Huius aquæ poſitæ poſtremò pars capiatur,
Calcis item vivæ pondus idem pariter.
Par croceæ menſura boracis aluminis albi
Tantundem tenui pulvere cuncta tere.
Adſit acetoſi pars quadrupla ſumpta liquoris,
Miſceat hoc pariter vis tua per triduum,
Noctibus atq; tribus, ſemel in ſpacioq; diurno,
Nocturnoq; move, mixta virentis ut hinc
Depuratur aquæ liquor his potius vel aceti
Dulcis erit lucris potibus horribilis.
Quod remanet ſedimen reliquis coniunge duobus,
Corpus idem fiunt hæc tria mixta ſimul.
Imbibat hic poſt hæc albumineus erit, ut ſint
Maſſa globuſq; tibi, pulvis item tenuis
Mixta ſaliva gelet totum donec lapideſcat
Mercuriuſq; ſuo pondere condiat hæc.
Iſta liquor triplex memoratus conglobet, una
Siccetur lapis, ut fiat in igne gravi.
Cumq; lapis durus fuerit, nimiumq; teratur
Et fiat tenuis pulvis ad alchymiam.
Salſula ſi nequit eſſe tibi pumex capiatur
Candidus & rubens ſub paritate pari,

E 3 Coctus

Coctus cum filicum succum quem dat sua radix
Atq; cyclaminis, & salsiferi potius
Supplet aluminis hæc mixtura vicem memorati
Lentisci cinis ut consocietur eis,
Ecce pro calcis sub pondere iam memorato
Est id alumineum fortius antidotum.

Lunificatio Iovis, alias & Saturni.

Sæpe cibatus eo Saturnus lunificatur,
Vt nil desit ei totius Alchimiæ
Almizaderens pulvis societur eisdem,
Vrinæ pueri nec liquor absit ab his.
Testeus, osseus & pulvis, coctusq; rudisq;
Fiet luna micans his medicaminibus.
Si nec adhuc plenè post omnia mercurietur,
Omne quod est nimium, suppleat arsenicum.
Sed procuratum potius rude fit nimis aptum,
Ergo simul iunctum proficit omne bonum.
Hoc in Saturno potius nullum reperitur:
Lunificatur enim talibus antidotis.
Si sic furis Iovem nil procreare nitentem,
Sumes Saturno, iunge ter hunc Iupiter:
Fitq; senex iuvenis trina crescente iuventa,
Quando senem iuvenis confovet & renovat,
Pressa senectutis quia sic gravitate iuventus
A stridore suo cessat & à strepitu.
Humectatus enim sic Iupiter, aridus ante,
Pacificus fiet dentibus horriferis,
Duritiam capiens; in aceto sæpe liquatur,
Lactea quod calcis temperat unda frequens,

Con-

Conflatæ pariter mensura pondere tali
Pascantur vitreo pulvere pertenui
Sicq; novæ fiet lunæ conspersio vera.
Quæ naturali non erit inferior,
Et candore nitens, sic tremituq; sonora
Et paragonatus grata vigore nimis.

Lunificatio Iovis pura.

Iuppiter in lunam tali convertitur arte
Dulcis aquæ dictæ septima pascat eum,
Terq; quaterq; suis tenebris ut sic spolietur,
Desinit ægrotans esse velut nitidus.
Sic cibus inde suus, sulphur croceum sociatum,
Quorum glomeri perspicuoq; globo,
Cui nihil admixtum crocei sic pilula fiat
Ex istis, iuncto Mercurio nitido,
Donec idem corpus faciat coctura trium sic
Drachmis ergo decem sit iovis iste cibus.
Antidoti duplex: Denarius huius, eritq;
Luna decore suo Iuppiter alba nitens

Alchimiæ potioris opus.

Quattuor aerei volucres nubes volitantes
Ignibus infesti, quos fugiunt citius.
Carcere si claudi poterunt stringiq; catena
Ne valeant flammas funditus effugere.
Quicquid in Alchymico variamine quæritur hic sit
Saturnum primo limiie lunificant,
Inde Iovem, Venerem rubeam, pariterq; citrinam,
Omne quidem corpus vi nimia penetrant,

Nulla resistit eis moles nisi vitrea virtus,
Sola catena potest hæc stabiles facere.
Vas vitreum fiat spissum nimis atq; rotundum,
Oris & oblongi sit nimis & teretis,
Angustiq; nimis, quod iure rotumba vocatur,
Obstruat hoc moles spissa nimis vitrea
Sitq; lutosa pilis hærens commixta rotumbæ,
Et nec fumus eis poßit abesse foris.
Ponderibus paribus tritos sit pulverulentos,
Conglobet albumen, conglomeretq; bene.
Siccatosq; diu coquat hoc aqua dulcis itemq;
Terq; quaterq; teras, iunge tuum studium,
Octonis vicibus coctos tristosq; nitentes
Pulvereosq; suo carcere claude sagax,
Obstrue ne fugiant os carceris, & coque cautè,
Flammas attenues, quas ferat olla rudis.
Impleat ollam dulcis aquæ liquor, atq; rotumbam,
Quem coctura frequens ad nihilum redigat.
Cumq; liquor fuerit siccatus & intus & extra
Prospice si fuerint corpus idem volucres
Si non decoque rursus eos donec glomerati
Non fugiant ignes, quos tolerare queant.
Sicq; metallica vis glomeratarum violenta
Corpora transformans omnia, quæ penetrat
Mercurius faciens Vzifur cum sulphure vivo,
Hoc & in arsenico perficiat duplici.
Hoc & in armonico sal. sic faciat pariter, post
Mixturæ coeant corpus idemq; ferant,
Hoc erit extremum, quod in alchymico preciosum
Est exercitio, lucis & officio

Luni-

Lunificat, sic solificat, dat culmen honoris,
Auget opes nimias, læta trophæa citius.
Quod superest de Lunifico medicamine totum,
Imbibe post ut erat primitus ad potius.
Antidoto cum solifico facias & idipsum
Quo magis imbibitur, fortius efficitur.
Quicquid Aristotelis series tenebrosa latebris,
Innumerabilibus celat, & hic latitat.
Non cum omnibus his tantummodo quæ latebrosis
Nolunt involucris se dare pervigiles.
Omnia quære sagax nec desine perficiendo,
Indagans lepus quo latitat frutice.

Alchymia Saturnina.

Solo cinnabrio Saturnus sæpe cibatus
Lunificatur, idem sal facit armonicum
Arsenicum simili pastu transformat eundem
Dulcis aqua liquor, & perficit illud idem,
Albus item sapo cum salsufero benè trito
Nec minus herba bur ch, quodq; cyclaminis est,
Omnis acor pastus Saturni lunificandi
Congruus est succi, sicut amara lues.
Omne quod est calidum sic cumq; suus cibus aptus
Est ipsi: per eum fit cito lunificus.
Curre Diamidij seriem, macrumq; profundum,
Atq; Dioscoridis larga fluenta meta
Congeriem calidi sicciq; reduc sub eodem
Dogmate Saturnum, quo variare potes.
Si specialiter id patrare velis potes aptè
Sive simul citius perficiū quod amas.

Testeus, osseus, & pulvis, coctusq; rudisq;,
Non erit absimilis talibus antidotis.
Sulphuris ira furens. & aluminis, arsenicisq;
Pumicis atq; salis sunt medicina sui.
Tartareus cibus & potus post omnia dicta
Sanat eum citius si recreetur eo
Si theriaca potest, post cætera condiat ipsum
Omne veneni ficum tollit & invalidum:
Sic & Apostolicon, pix terbenthinaq; viscus,
Asphaltusq; tenax, consolidat fluidum.
His aliisq; modis, postquam sociaveris ipsum,
Pleniter ut validus fiat ad omne bonum,
Causa salutis ei quæ fiat perpetuandæ
——Pillula lunaris, fiet tenuißima luna
Sicut aranea fit tela retenta diu.
Mercurio commixta diu benè purificato
Donec depereat mixtus ei penitus.
Solificare velis si post ita lunificatum
Pillula solaris fiat lunaris ad instar
Cum sol Mercurio iunctus erit penitus.
Hæc saturnia sunt variamina certa figuris
Clausa sub alchimicis philosophantis ita.
Quod fuit Alphalhymi Galleni nubibus atris
Obductum magis hic, hæc migraphia tegit.
Sicut Aristoteles id dixerat & Galienus
Sic Hermes studuit tutius obtegere.
Et tibi talia si penitus non sint patefacta,
Nec mireris, habent omnia dogma suum.
Alchimicos saltus peragra studio vigilanti,
Clara tibi fient quæ tenebrosa putas.

Non

Non possunt etenim tenebrosis clausa tenebris
Nota tibi fieri luce perexigua.

Iovialis alchimia purissima.

Iuppiter eximius potioris egens variatus,
Curandus magis hinc & studiosius est,
Frigidus est nimium, sed siccior esse probatur
Ex stridore suo quod patet uberius.
Hinc est quod Veneri sociatus dißipat ipsam
Ariditate sua prorsus & annihilat.
Incinerat siquidem secum flammas subeuntem,
Humiditas in eis igne perit modico.
Humectandus ob hoc erit ante rogum vehementem,
Ne cito dispereat, tendat & ad nihilum
Arsenico tenui liquidum societur alumen
Per triduum prius, & sic societur ei.
Fiet idem de lixivio, triduoq; secundo
Et porcinus adeps illud idem faciat.
Humida cum calidis & conveniant in idipsum
Æqua proportio quæ temperet omnimodis.
Alumen tandem cerusæ consociatum
Pascat eum, donec clareat istar aquæ.
Si non sufficiant hæc omnia, luceat ut sic
Osseus adsit eum pulvis uterq; cibans.
Cum fuerit niveus resplendens absq; tenebris
Tincturaq; carens lunificetur ita.
Sic cibus eius pilula lunæ iam memorata
Sicut Saturni gloria iam potior
Solificetur sulphure deinde iam vitreato
Donec ad optatum perveniat radium.

Saturnus rudis est minor ut iove sub ruditatis
Natura posito sit quoq; lunifico.
Lunificus factus neque par potior potiori
Crescit utrique nitor par quoque dispariter.
Quod si conveniant plenariè lunificati
Iuppiter hunc triplici pondere prætereat.
Lunificatio, solificatio sic utriusque
Prodeat in potius per potiora bona.
Sicut uterque sibi respondeat ad decus ingens
Crescat ut alchymico gloria, laus operi.
Si potiora cupis fieri per eos in iisdem.
Forma numismatis est namque sequenda tibi
Qua poteris fieri locuples sine crimine vitæ,
Cum tibi ridebit copia plena boni.
Ad decus & laudes hominum procede beatus
Vt superes reliquos ditior his opibus.
Nil iam vile tibi quod vilia das pretiosa
Et pretiosa magis provehis in potius.
Talibus ac tantis ita sublimate triumphis
Et pæana vocans te quoque subde tibi.
Nam nisi te superes in eis à te superatis
Quæ rediviva parant bella, cades graviter.
Est homini potius claris caruisse triumphis
Quam dare terga malis post bona victa malè.
Quid victoria victa potest iam laudis habere
Cum venit in nihilum quod fuit, est vel erit.

Alchymia Martis.

Martis in alchymico labor ingens & diuturnus,
Est exercitio, potus ei situs est.

Cuius

Cuius causa sitis sit ei potioris, & ipsa
Potius hanc illam, potius hic & eum.
Hæc adversa sibi dum conveniunt in eodem,
Vt non se perimant, imo sibi faveant
Hydrope Mars de natura sine fine laborans
Incurabilis est, pestifer inde sibi.
Contra naturam contraria sunt in eodem
Non fugientia sunt, sicut & in reliquis.
Auxiliantia sunt sibi non pollentia sese,
Debellantia se semper in oppositis.
Hic & ab oppositis locus esse nequit, pariumq;
Regula sic infert, ut comitantia se.
Tempora necte pari parium puritate capaci
Alterutrius enim par velut alterutrum.
Sic sibi non sese fugientia dum socientur,
Languor perpetuus Martis utroque viget
Ariditas & frigiditas sunt intus & extra,
Plus tamen exterius regnat utrunque simul.
Humiditas & frigiditas modicumque caloris
Interiora tenent, inde nitentia sunt.
Terreus est ignem tolerans & gaudet eodem,
Quo rubigo fugit se perimente sua.
Sic elementorum primordia prima tenent hunc
Obsessum, nec eis esse potest nativis.
Temporibus curandus erit: prius humiditates
Inde caloris ut hinc ariditas fugiat.
Et post frigiditas vapor humidus ut sit in ipso
Fiat ut arena, sit quoque sanguineus,
Et sit aquaticus, impinguandus, phlegmaticusque
Intus utrunque manens, desinat esse niger.

Cum-

Cumq; nigredo fugit, candor succedat eidem,
Duritiam terræ molliat humor aquæ
Temperies ignis descendat ab arte caloris,
Qua sit sobrietas caussa salutis ei.
Cum cibus & potus suus est in sobrietate
Post curam languor fugit ab incolumi.
Fervor aquæ nimius nimis humectantis eundem,
Est sibi plena salus intima quando petit.
Omnia mollificans aqua corpora frigida reddens,
Et penetrans fiat potus & esca sibi.
Omnis & humor aquæ sex seno limite clausæ,
Sic pariter recreet, sic & eum foveat.
Sæpius & hoc recreatus eum Mars nectare sordes,
Proijciet cunctas. Sic erit & nitidus.
Pulcher in aspectu, validus tamen ad tolerandum
Flammas, sufficiens, nel cito deficiens.
Et nec malleus obsit ei nimium violentus,
Iam quasi lunifico, quem bona tot relevant.
Talia totq; chalybs cupiens medicamina fiet
Luna malis cunctis exinanita nitens.
Et sic ad Venerem veniens non sicut adulter,
Imo vir ipsius, consocietur ei:
Fiant corpus idem, renitentes purificati,
Vulcani medio forcipe fulmineo.
Ergo chalybs tenuis sic lamina bractea fiet
Extenuata nimis, sic adaquanda frequens,
Donec ad optatum veniat curata nitorem
Fulguret, aspectus alliciens hominum.
Donec ad id veniat Mars ut valeat reliquari
Sicut Luna tuo non careat studio.

Mollia

Mollia fercula, dulcia pocula semper eidem
Sunt tribuenda, suas exuat ut tenebras.
Non oleum desit varium, validum nec acetum
Nec vinum fugiat, cervisiam, siceram.
Fortius antidotum complectens omnia, fiat,
Potus & esca sibi plena salutifera.
Macta rubens nimium citri societur aceto,
Pulvis pertenuis facta bolaria sic,
Cocta nimis prius ut bibat amplius ista liquorem
Spongia sicut ei quod calor attribuat.
Septenis vicibus repetita bolaria fiat
Vt post vina bibat satis & post pocula lactis
Post olei sugat commoda multiplicis
Ebria tot medicaminibus siccataq́ pulvis
Acta nimis tenuis combibat ova semel.
Massa sit ex ovis totis durissima facta,
Cocta, lapis pulvis, saxea pertenuis.
Septenis vicibus renovata rubedine cuncta,
Debria fiat item lucida, tota nitens.
Et velut anthrax igneus aut carbo videatur
Et carbunculus, aut sallacius nitidus:
Tota rubens fulgens, radius hinc inde coruscans
Vt preciosa nimis gemma decore magis.
Marte lunificans post tot conciamina victum
Factum lunificum solificans citius
De pedibus pinguedo bovinis quæ fluit, ipsum
Imbibat assidue, maneq́ meridie.
Sic septena dies pertranseat in renovando
Sic renovata novat fortius & potius
Hic maricasitæ repetitio perficit apte
Taliter in triduum quatriduumq́ magis.

Sina-

Si naturalis sit macra carensq; capillis
Fortior & potior, sicq; potentior est.
Si nequit hæc ut vis & opus decet istud haberi
Sumetur regula massa nimis rubeæ
Olla vel aptetur cocturæ, sicut & olla
Testea materiam cocta dabit placidam.
Martia cura jovem sanat, venerem velut ægram,
Mercuriiq; fugam comprimit & perimit.
Mundificans Venerem rubeam pariterq; citrinam
Solificans tantis glorificata bonis.
Saturno tribuens duram post lucida massam,
Pondus non minuens lunificans potius
Tot tantisq; bonis & divitiis locupletans,
Macra tibi debet cara nimis fieri.
Marcasitæq; bonum, quod in effectu patet isto
Non te diffugiens associetur ei.
Quando bonum duplex ad idem properat peragendum,
Quod petitur citius sic per utrunq; datur
Debet quisq; bonis insistere perficiendis,
Semper ut ex ipsis, quod petit accipiat.
Tramite nec declinet ab isto finis eidem
Optatus dabitur, quod cupit inveniet.
Fit via recta sibi patefacta per hanc ad amicos
Perveniet fructus, & citò dives erit.
Desine plura sequi contentus ea brevitate
Qua potes optatis sumere plura datis.

De reparatione Solis.

Sol suus est solus, nomen capit hoc ideoq;
Non eget alterius luce sua, nitidus

Testa-

Testarum rudium fractura minuta dat ipsum,
Cum per Mercurium frustula conveniunt.
Hoc ab aquis vivis à monte fluentibus haurit
Fluminis unda rapax officio tabulæ.
Lunariæ studium quod colligit arte sagaci,
Lucris invigilans talibus assidue.
Indus habet fluvius fulgentibus istud arenis
Hermus, itemq; Tagus, Parthus, Arabsq;, Cilix,
Insula Chele, nomine ab ipso qui capit istud
Ditior hoc nimium profluit uberius,
Et tellus Ejulath circumflua flumine primo
De Paradysiaco fonte fluente dat id.
Insula Brisonis fluminis satis, hoc & abundat
Qui formicarum dicitur officio
Pellere, formicæ rutilant fulvo rabiosæ
More canum, quibus & corpore sunt pariles,
Velocissimus has cursus facit esse timori
Cunctis, qui veniunt huc, ut id accipiant.
Arte sagaci præripiunt hæc aurea frusta
Sparsim sparsa feris talibus impavidi.
Fœtos cum maribus ducunt huc ritè camelos,
Et pullos ripis quos religant fluvii.
Transvectis maribus fœtis etiamq; camelis
Festine rapiunt mane quod & capiunt:
His super imponunt, quod diripiunt properantes
In celeri cursu, littora tuta petunt.
Exponuntq; maris rubidarum mortibus harum
Ne comitentur eos, qui bona tanta vehunt.
Sanguineum currunt ad odorem dilaniantq;
Quicquid adinveniunt, ossaq; more canum,

Quaq; sub infossis fuerant abducta cavernis,
Aurea frusta malis his rediment rabida.
Damna recompensant auri nece sanguinis haustu,
Carnibus absumptis, & redeunt ad opus.
Iuge quibus studium sic mane subire cavernas
Certatum super his aurea frusta dare.
Aurea terra frusta relinquunt, humida sugunt
Sanguinis hinc avidam quæ relevant rabiem.
Ista pericula sunt auri quod fecit ab ævo
Cunctipotens tantis, abdidit & tenebris.
Infelix hominum genus hoc affectat & inde
Sollicitudinibus fluctuat assiduis.
Aurum Massagetæ studium facit, ars & eorum
Occultata diu, iam tibi nota satis,
Hispanos, Arabes, quæ sic locupletat & Indos,
Nec fugit Assyrios, Æthiopesq; magos.
His impone modum furiatibus anxietatis
Quisquis ad istud opus solliciter properas.
Sunt & ementes, & in abdita prospicientes
Terræ luminibus ne pateant hominum
Quanta sit utilitas ipsius monstrat apertè
Littera quæq; sui nominis ex serie
Ambitio vita regnantis ubiq; maligne
Dictio quæ sic habet littera prima velut.
Taliter immensus labor est adinveniendus
Commodius secus est in metamorpheon.
Quæ quia multiplici procedit tramite recte
Tertius & levius sermo brevis doceat.
Et si per metamorphosin contendis habere,
Cætera linque, tene subdita sola sagax.

Tutia

Tutia Syra, gravisq; nimis splendentis ad instar
Est curanda velut sermo docet breviter.
Quando recalfiet croceum dans igne colorem,
Fortiter uratur pulvis ut esse queat.
Qui tenuißimus est forti massandus aceto,
Terq; quaterq; bibens fit novus atq; vetus.
Tutia subtilis, lenis & succedine candens
Lunificat potius. sicut & alba nimis.
Est simili curanda modo, potior fit aceto
Punicei pomi consocio citrei.
Tutia sed viridis, croceo qua Banca colore
Quaq; moris speciem fert satis, est potior:
Quaq; modo simili potius curetur eodem,
Fortior ut fiat, lunificans Venerem:
Ædificans itidem magis & minus ista parumper
Plus magis inde tuum sollicitet studium.
Martis acetosi substantia tota recentis
His & adaucta boni fit potioris opus.
Et quod fortius est, & certius id faciendum
Censeo pervigili lumine, cum studio.
Mercurium purum super Arsenicum bene tritum
Pulvureum, tenuem pone simul socians.
Misce sic denis commixta relinque diebus.
Sit paritas in eis, mixtio facta sequens.
Interius sit vas vitreatum, quod gravis ignis
Exterius nequeat lædere vi valida.
Claude foramina, destillans modicam prius undam
Quæ sit candida, post citrea, post rubea.
Post modicum totum destilla nulla relinquens,
Vt distincta suis sedibus attribuas.

Læva prius sumptæ sit aquæ pars mixta relictis
Fœcibus ex istis perfice corpus idem.
In massam coeant spissam, phlegmeia sepensq;
Decoquat hanc donec candida sit nimium.
Mercurium sublimatum misce pedetentim,
Combibat ut totam prorsus aquam niveam:
Igne tamen, lentoq; cremans, tandemq; gelatum
Suscipe: Fiet enim massa nimis nivea:
Eius pars variat sex denas corporis omnis
In lunam nitidam, qua nihil est potius
Cuius aquæ partesq; duas totidem sociabis
Partibus ammonici lector amice satis
Partes adde decem lapidis nivei quoq; calcis,
Quem tibi Mercurius mortuus attribuet,
Cristallo similis: sic massaq; fiat, eandem
Solve prius, donec lucida fiat aqua.
Cumq; gelaveris hanc eius pars una valens est
Lunificare rudes mille vigore suo.
Deq; pilis aqua facta potens dissolvat eandem
Et gelet, ut dixi: Fit enim potior.
Sufficit una decem, sic millibus vt varientur
In lunam citius, quod facit ignis edax
Totum quod remanet de cunctis iunge suprema
Fiat idem corpus, massaq; dura nimis.
Sicut diximus in reliquis, pars una gelata
Corporis istius millia bina novat.
Solificat siquidem quæ solificare volebas,
Et preciosa simul vilia quæ fuerant.
Rursus aqua niveæ totum candore resolvens,
Sanguinis & speciem iunge super rubeum.

Sic

Sic alabandinæ speciem mirabilis acta,
Quæ cito solificat solificanda potens.
Corporis istius pars denis millibus apta
Solificare rudes sufficit omnimodis.
Sic attende sagax, vel partes lunificandas,
Solificum vel opus parte vel ad modicum,
Sæpius & renovans variata vigore perenni,
Quicquid perficies, ritè beare queas.
Hoc unum moneo, cum plura monenda supersint,
Amplius ut renoves quæ variata placent.
Sunt meliora bonis melioribus optima quæq;,
Provehit ipsos vis prona coacta sua.
Quicquid in arsenico cum Mercurio tibi dixi
Illud in ammonico te sale commoneo.
Sulphur idem cum Mercurio facit, atq; borace
Sicut alumine, vel pulvere tartareo.
Neve velis variis venatibus invigilare,
Et varii saltus sollicitare feras.
Si tractata tibi non sufficientia credas,
Et potiora putas, quæ superesse vides.
Sic age longa nimis condensa voluminibus, quæ
Actibus obscuris addita dogmatibus
Tecta relicta diu, Domino iam dante subintro
Lætus, & induco læta trophæa meis.
Iam quicquid volui complevi mole laborum,
Sæpius oppressus quære latens, & adhuc.
Plura latent etenim, patefactis iam, potiora
Quæ me solicitant ad potiora nimis.
Ipsa suboptata potioris spe modo linquo
Discutienda locis, temporibusq; suis.

Omnis in hoc mundo labor est tendens ad id, usq;
Congreget ut Lunæ, Solis opesq; vagas.
Inde vagas hominum reddunt quoniam vaga corda,
Quæ stimulis agitant, & iaculis penetrant.
Nec sumus expertes horum qui talia quærunt,
Et cupiant, quamvis in medio positi.
Sic nec abundamus miseri, nec egemus eunti
Vitæ sufficiens, cui modicum satis est.
Si sibi sobrietas placeat, quæ plura repellit,
Vt contenta suis regnet ubiq; modis.
Inde mihi placuit post dogmata multa, priorum
Capere summatim summa magisteria.
Hactenus alchimicos per devia castra labores,
Sustinui quærens abdita lucra diu:
Tandem cunctipotens à quo bona cuncta petenti
Dantur iusta, mihi, quod volui tribuit.
Immerito gratis quia dat sua præveniendo
Vota pij cordis, quod vehat in potius.
Quæ serit excolit, irrigat, auget, fructibus implet,
Ducet & ad messem gratia lucra pie.
Nullus ut usurpet Deitatis opes sibi gratis,
Collatas, & ei semper ob id iubilet.

De septem corporibus.

Corpora sunt septem variis varianda figuris
Quattuor à rabidis spiritibus nimium.
Nam citius dicto fugiunt, & in aera fumo
Solvuntur tenui ventus ut, & nebulæ.
Partibus aereis, & flammiferis rapiuntur
In sublime, licet corpora sunt gravia.

Terrea pars,& aquatica quarum debet abundans
Esse ferens ignes, & reprimens nimios,
Vt non aufugiant partes levitate fruentes
Partibus à gravibus,dum cohibentur ita.
Sordida sunt penitus mundanda,latentia quæ sunt
His in corporibus,spiritibusq́ prius;
Succedant ut eis mundissima quæq; repulsis
Vsibus apta suis visibus & placita.
Nunc de corporibus variandis audiat omnis
Qui cupit esse potens,his opibus locuples.
Quæ sit causa latens in eis mundanda quibusq́
Subsidiis ægrum pellat ut aucta salus.
Quid sit in his ægrum quibus ex causis ut in isto
Nulla magisterio sint replicanda modo.
Inveniatur in hac acta brevitate coactum,
Quicquid in effuso dogmate nemo capit.
Et de spiritibus brevis est tractatus habendus,
Vnde sit insitus his impetus ille fugax.
Qui sint & quales,quibus & valeant cohiberi
Nexibus,exuti sordibus absq; dolo.
Non aliter fieri valet ut variamina rerum,
Si non auferat his cura salubris eas.
Est ab origine causa maligna latens in eisdem
Expedienda prius quæ bona præpediunt.
Vt non alchimicos valeant producere fructus,
Semina iacta boni culta labore grani.
Talibus ac tantis tribulis,& vepribus arva
Sunt obsessa diu,nec data nominibus.
Sola superficies aliquatenus est data bubus
Radix ima tenens pullulat assiduè.

Propter id est vanus labor alchimicus diuturno
Quæsitus studio, nec datus aucupio.
Quisnam stultus opes quæsitas anxietate
Non modica certet tradere pauperibus;
Vt sic fiat egens locuples prius inter egentes,
Vt doleat tantis se spoliasse bonis.
Sufficiat longis anfractibus isse negatum
Perveniamus ad id, quo cumulantur opes.

De septem corporibus.

Corpora sunt plumbum. stannum, ferrumq; duplex æs,
Aurum, Luna fugax, lunaq; fixa manens.
Aurea calcetica, vitrumq; superflua non sunt,
Prætereunda, suis discutienda locis,
Vt sit cuiq; datum pateat quibus attribuendum
Mortibus, & subsint ex merito dominis
Plumbum Saturno datur in splendore supremo,
Fœtens & stridens pondere, mollitie.
Esset id argentum, nisi talibus opprimeretur,
Adversus, aurum sed latet interius.
Inde fit argentum prius indeq; transit in aurum,
Cu vicinius est corporibus reliquis.
Pondus habet terræ nigredine superabundans
Splendor mollities est ab aqua veniens.
Aereus fœtor stridorq; quod & intus inhæret
Ignea pars dat ei carius est reliquis.
Fervidus & siccus cibus est ipsi medicina,
Humidus & calidus potus ei bonus est.
Mollitiem fugat ariditas, calor auget in ipso,
Splendorem nigrum pellit & humiditas.

Fœtor

Fœtor odore fugit per temperiem geminato
Stridor & aluminis pellitur eulogio.
A geminisq; bonis mala sic geminata fugantur,
Et distemperiem temperies abigit.
Cum partesq; leves gravibus miscentur ab igne,
Caussa repulsa mali fit sibi causa boni.
Spiritus impediens compellitur auxiliari,
Vis inimicitiæ sic fit amicitiæ.
Formaq; de formis specus speciosa fit inde,
Vile prius nimium carius omnibus est.
Pondus abire nequit, quia terra recedere nescit
Sed nec ——— qui datur aereus.
Ignis temperies igni dum temperiei
Iungitur aereæ temperiem dat aquæ.
Ipsaq; dat terræ sic partibus omnibus eius
Sub paritate pari sit preciosius hoc.
Vt sit in occulto gravium nitor, in manifesto
Temperies levium solifica specie.
Dum conversio fit, latitans ut sit manifestum,
Luna sit exterius, sol latet interius.
Sic Saturnus habet fieri modo Luna, modo Sol,
Temperie gravium, temperie levium.
Alterna quotiens partes paritate sibi dant,
Fœdera pacis eos nil sit ut impediens.
Inde fit electrum, dum fermentatio iungit,
Quod latet atq; patet partibus in minimis.
Caussa patet tanta variaminis, & modus est nunc
Dicere qualiter hoc possit opus fieri.
Cum manifesta theorica sit sua practica, subdi
Debet, ut hinc crescant quas adamamus opes.

MIRA TRANSFORmatio.

Mundetur corpus, mundetur ſpiritus eius
Infundendus ei, divitias cumulans.
Luna fugax, & ſpiritus eſt & corpus ab ipſa
Transformatio fit cuncta, ſuiq; potens
Cuius terrea pars, & aquatica pra gravitate
Quando leves cohibent, non habet aufugium.
Figitur inde cito, fit lunaq; fixa coruſcans
Saturninus odor quod valet officere.
Saturnus prius eſt ideo purgandus, & ipſa
Perficiant ut opus luníficum citius.
Quindecies igni ſale Saturnus recreatus
Non crepitante ſuis ſordibus exuitur
Sordibus exutus podegam faciat bedegamq;
Quæ duo ſignificant nomina prorſus idem,
Hoc eſt vas galeæ ſpiritum retinens ut acutum
Inferius, latum deſuper atq; cavum.
Et ſit opertorium de maſſa prorſus eadem,
Ne de vaſe queat fumus abire foras.
Taurinum capiens oleum purumq; recenſq;
Ad medium, Lunam ſuſcipiat profugam.
Clauſa ſub hoc tumulo purgabitur ut ſpeculum ſit,
Lucida ſuppoſitis ignibus ad tepidum
Alterius vaſis medium ſit aqua capiens hoc,
Bulliat ut prodegæ Luna recluſa fugax:
Donec deficiens oleum faciat fugitivam,
Fixam, quam tundat malleus ad tabulam,
Et toleret flammas ut cætera dura metalla,
Si quid habet ſordis purget ut ignis eam.

Mer-

Mercurius per Saturnum sic lunificatur,
Vt post Saturnus lunificetur eo.
Luna fugax, & Mercurius quia prorsus idem sunt
Omne quod alterutrum sumet, utrunq; tenet.

EPILOGVS.

Vt sal non crepitet prius est ferventibus ignis
Ablutum dandus flammiferis radiis,
Vt sol irradians ipsum candore decoret,
Vt quasi gemma nitens fulgeat uberius.
Terrea sumat id olla recens, aut mundificata
Qua, tolerans flammas, non queat effugere.
Vndiq; clausa sit olla coarctans impetuosum,
Donec deficiant murmura cum crepitu.
Post carbonibus expositum ferventibus ipse
Si tolerat, fixum dicitur alchimicum.
Si fugit aut crepitat, non est decoctio plena,
Fiat item donec stet sileatq; rogis.
Aut comburendus cinis ut fiat quasi carbo,
Aut quasi sidereum defluat igne gravi.
Hac radix erit alchimici totius agonis
Sic procuratum, quo sine cesset opus.
Corpora non penetrans emundat sordibus ipsa,
Dans aditum reliquis spiritibus patulum,
Ingrediantur, ut expellentur quod latet intus
Obscurum tribuant sidereos radios.
Nam tenebrosa nisi latitantia quaeq; fugentur,
Lucida non poterunt interiora dari.
Sic exire nequid quicquid latet intus & extra,
Quod manet interius non capiet solium.

Trans-

Transformatio ſic non fiet congrua rerum
Pro qua tot fiunt bella laborifera.
Totus enim labor alchimicus deſudat, ut intus
Quod latet exeat, & quod patet aufugiat.
Corpora vilia nam ſunt interius precioſa
Quæ data luminibus divitias cumulant.
Vilia contemnit populus quod abundat eiſdem,
Chara ſibi fiunt, quæ nec habere poteſt
Cum quibus indigus, ac avidus nec eis recreatur,
Quæ cupiunt alij ſint ſibi multa licet.
Omnis enim ſors eſt homini pro velle beata
Diſpar cum pariter, par quoq; diſpariter.
Sunt quibus eſt aurum quaſi ferrum vile, quibuſdam
Ferrum carius eſt corporibus reliquis
Gentes ſunt quibus argentum ſit carius auro,
Plus placet his candor quàm croceus radius.
Carum ſic aliis, aliis ſit vile, quibuſdam
Quod placet, hoc aliis diſplicet omnimodis.
Ergo nec immerito genus humanum ſub iniquo
Velle fugit rectum, devia vana petens.
O utinam veniat quod mane Propheta perenne
Poſtulat ut veniat perpetuata dies,
Cui non ſubſtituat tenebras nox, ſive labores
Præteritos ſolito, carnis & illecebras,
Nec fera dilaniet, rapiat neq; fur latebroſus
Quod modo ſub gemitu poßidet omnis homo.

Explicit.

RASIS



RASIS CESTRENSIS *PHILOSOPHI ACVTISSIMI ET MEDICI EXcellentissimi liber egregius, qui dicitur*

LVMEN LVMINVM IN EXPOSITIONE COMPOSITIONIS Alchimiæ.

CAPVT I.

CVM per naturã mundi noscas genituram
Et quæ sit rerum mutatio, quæq; dierum,
Non velut ignores Solis Lunæq; labores,
Vt doceas quantum valeat laudabile sanctum:
Huius prima rei substantia materiei,
Carmine secreto, quid sit, pater, ipse doceto.
Quid sit, vel qualis substantia materialis,
Anne etiam plures maneant, aut una sit hæc res
Ex quibus aptatur res quæ non esse putatur.
Nam cum doctorum recolens secreta virorum,
Cognita res cum sit, nequeam discernere quid sit,

Mens

Mens mea languescit quoniam procedere nescit.
Hinc ego confusus solitos convertor ad usus,
Atq; quod ignoro studiis reperire laboro.
Sed qui verborum sensum, seriemq; laborum
Nescius ignorat se fallere sæpe laborat:
Hinc mala nascuntur, hinc plurima damna sequuntur,
a *Hinc prosternuntur miseri, qui decipiuntur,* *a*.al. Nam.
Hinc res censetur, sapiens hinc stultus habetur,
Quod nequeat veri quicquam sub luce fateri.
Heu mihi quod legi puer hoc quotiensq; peregi,
Quod mea mens secum b *factum non iudicet æquum!* *b*. al. sanctum.
Hinc, ut testatur quidam, qui vera profatur,
Error in errorem mentem trahit atq; furorem,
Ergo quod ignoro, pariterq; videre laboro,
Quod velut incertum multos latet, atq; repertum,
Quod Docti tantum noscunt laudabile sanctum:
Ne per torporem videar timuisse laborem.
Si placeat expone, si non, tua scripta repone:
Gaudeat & secum tua mens, fleat & mea mecum.

CAPUT II.

RESPONSIO RASIS CESTRENSIS filio suo Merlino.

GLORIA *natorum fili Merline meorum.*
Si cupis hoc tantum, quod sit laudabile, sanctum
Et per doctrinam possis vitare ruinam,
Discas per partes crebro quas pandimus artes.
Nam quia iam metas pueri tua terminat ætas,
Virq; Dei factus purus consistis in actus
Quod petis exponam tibi nec mea scripta reponam,

Vt con-

Vt congaudentes pariterque, Deumque timentes,
Qui res formavit verbo qui cuncta creavit,
Ipsum laudemus, ipsum quoque semper amemus.
Et tibi quod celo iam, nunc tibi nate revelo,
Ne tua languescat, sed mens in pace quiescat.
Tu quoque rem cela, sed amicis cuncta revela
Quos tibi syncere novisti sponte favere.
His etenim puræ secreta bona genituræ
Iudicio veri debentur tota fateri.
Nam sic doctores olim fecere priores,
Qui res noverunt secretas, non docuerunt.
Non ergo stultum putet esse sed utile multum,
Muneribus fraudis fraudi dare verba subaudis.
Expers nam veri nescit fraus iure teneri,
Decipit ex more fraus falsi compta colore.
Sed quæ fraus novit, quæ mens tua spernere vovit,
Iam te doctorem faciam a superare laborem. a. al. superando.
Vertere, nec falli poteris, genus omne metalli
In genus alterius, doctrina carminis huius.
Tu magis experto credas, quam teste reperto;
Cum prosit quæri magis experientia veri.
Ergo laudetur Deus, *& res sanctificetur*
Aurea, digna satis, tantum concessa beatis.

CAPVT III.

INCIPIT LIBER DVODECIM aquarum secreti fontis, vel fluminis.

QVOD *fluit ex unda non est ablutio munda,*
Qualis mundari queat æs, vel purificari.

Candor

Candor inest æri, nequeat licet ipse videri,
Candida dum venis renitescant æra serenis.
Tunc res misceri poterunt, & sorde tueri
Vt si b vertantur, meliores efficiantur. b al. mutantur.
Est igitur munda secreti fluminis unda,
Quæ sua vis senis extendens brachia venis,
Abluit, & mundat, renovat, rigat, unit, c emendat, c.al.mundat.
Germinet ut florem tellus & spiret odorem.
Sic speciem cuius dat lectio carminis huius,
Mundus in immundo mundatur fine secundo.

CAPVT IV.

DE NOMINIBVS XII. SPECIERUM, EX QUIBUS AQUÆ XII. AD ABLUTIONEM CORPORUM EFFICIUNTUR.

VErsus in immundam vitalis spiritus undam,
Candida fex mundæ vitalis fluminis undæ,
Spiritus immitis nascens ex germine vitis,
Gemma salutaris, quæ nascitur orbicularis,
Res immortalis, mortifera, mercurialis,
Mundificans moles, stirps, & saturnia proles
Gloria candoris, stirps lunæ, gleba nitoris,
Vnda Iovis rivo vescens, velut ignis, olivo.
Lubrifa fæx seno Martis decorata sereno,
Munda palus fontis, Veneris sub vertice montis,
Egregiæ prolis mater, stirps regia Solis,
Res quoque vitalis, quæ cunctis est generalis,
Efficiens, mundam secreti fluminis undam.

CAPVT V.

DE XII. VENIS, VEL ARENIS, quibus aquæ XII. fontis secreti, vel fluminis se emundando destillant.

VENA *prior fontis stillat de vertice montis,*
Terra vomens undam, sal unit altaq; secundam,
Tertia splendescit, sed cum lue dura liquescit,
Quarta sub immunda puerili nascitur unda,
Ignea vis quintæ generalis nascitur in te,
Sexta marinarum venis reperitur aquarum,
Septima terrenis tingens reperitur arenis,
Vis nihil octava novit præbere suava,
*Citrinis plen*a*m* a *venis dat gleba novenam,* *a*.al. cinei*s*.
Nigra prior denam tellus componis arenam,
Crescit b *& undena lapidum grave pondus arena* *b*. al. in
Rimarum venis splendet duodena serenis.
His igitur venis, vel ab his destillat arenis,
Vnda cui fontis stillat c *de vertice montis.* *c*. al. veneris.

CAPVT VI.

DE DESTILLATIONE XII. Aquarum per XII. venas vel arenas.

SI *fons bis senas bis senis solvat arenas,*
Vt primus primo destillans stillat ab imo,
Et sic per venas seriatim solvat arenas,

Mundus ab immunda naſcetur Spiritus unda,
Spiritus hic mundus ſit totus ubiq; ſecundus.

CAPUT VII.

DE TERTIA OPERATIONE huius artis.

GEMMA *ſalutaris, quæ naſcitur orbicularis*
Sanguinis in vena reperitur germine plena,
Hic ſi concipiat, a pariens, & germine fiat. a. al. prægnans.
Si pariat ventum: valet auri pondera centum.
Si non damnatur, ſine germine, proijciatur.
His lapis in partes trinas diviſus in artes,
Vertitur in mundam ſecreti fluminis undam.
Has igitur partes ſerie doceamus, & artes,
Vt videas quantum valeat laudabile ſanctum.

CAPUT VIII.

DE NOMINIBUS TRIUM partium.

PARS *prior aptatur, quæ poſtea terra vocatur,*
Altera pars munda nomen ſortitur ab unda,
Tertia ventorum nomen ſortitur eorum,
Qui placidè conflant, & terram floribus ornant.

CAPUT IX.

DE APTATIONE PRIMÆ partis.

FRAGMINA *gemmarum rivis mundantur aquarum,*

Ne quid in ampulla noceat damnosa cuculla.
Tertia lux mundans aufert procul eijciendas,
Ne, si concipiat, conceptio menstrua fiat.
Candida mundarum sentinaq; fontis aquarum
Intus aquis plena fiat sub sole serena.
Arida frangantur, dum pulvis perficiantur,
Quem rogus ut curet, taratantara nulla recuset,
Tunc recludatur ne spiritus egrediatur,
Pulvis in ampulla, qua non sit fortior ulla.
Hanc in cemento triplici sepelire memento,
Ardeat ut tantum, poscet pars altera quantum.

CAPVT X.
DE APTATIONE PARTIS secundæ.

FONS prior in vena stans urno turbine plena,
Solvitur in fimo moderati montis in imo.
Hic ter septenis solis distillet arenis,
Si per septenas totiens sit mixtus habenas.
Tunc fæx alba nimis putei consurgit ab imis,
Atq; sub immunda viridis a manet unda secunda. a. al. latet.
Mox auferatur fæx & procul eijciatur,
Vnda reservetur viridis dum vivificetur,
Tunc res misceri debent pariterq; foveri,
In quarum cœna sitiens adaquatur arena.
Huius aquæ vivæ viridis velut intus olivæ,
Partes bis senæ parti socientur arenæ.
Ergò quod in tumba fuerit viridiq; rotumba
Candescat, tantùm dederit lux tertia quantum

Ter quoque nocturnis horis totiensq́ue diurnis,
Quod latet in fimo stillo moveatur ab imo.
Tunc quod miscetur, per pannum purificetur,
Atq́ue reservetur sic, quod serius egredietur.
Hæ. series rerum trina ratione dierum
Vt respandebit, novies repetita placebit.
Tunc mixtis rebus ter certis ante diebus,
Si pilus immissus fuerit, fervore remissus,
Victor gaudebit (nam portum nauta tenebit.)
Si per fervorem pilus ardeat interiorem?
Vt prius aptabis terram, quam fonte rigabis,
Dum per fervorem pilus ardeat interiorem.
Tunc opus expertum vitro solenter opertum,
Olla rudis plena mollis cineris vel arena,
Igne tempescente foveat fervore carente.
Ergo quod assatur donec sal conficiatur,
Nam condimentum laudabunt secula centum.
Ast ubi gemmarum sint fragmina fonte suarum,
Candida facta nimis venarum vallibus imis
Gemma nihil pariet, nam partus menstrua sint,
Et corrumpentur, fieri quæcunq́ue iubentur.

CAPVT XI.

DE APTATIONE PARTIS terriæ.

ECCE sub immunda viridis latet anguis in unda,
Currere qui nescit, nam muro septa quiescit.
Coctilis est murus candens, super omnia durus,
Vt conservetur fons, qui sub fæce tenetur.
Nunc iubet ordo rei, quod filius ipse diei.

Sic

Sic compensetur, quod pondus notificetur.
Fons igitur, sanguis, murus, pensetur & anguis
Vt lapis ignotus proprio sit pondere notus.
Vnda dehinc fontis stillet de vertice montis,
Alter & alterius fons fontis fluminis huius
Suscipiat mulsum propria testudine pulsum,
Et teneat mundam fons primus sanguinis undam.
Gemma dehinc venis a *siccetur pensa novenis* — *a.* al. secetur.
Quæ prius ut cernis fuerat pars una quaternis
Inde novenarum pars quælibet una suarum.
Partibus alternis fit sub diversa quaternis;
Altera pars cuius dans præmia muneris huius,
Si conservetur mox totum perficietur,
Nam foris exsanguem b *vacuus cum ceperit anguem,* — *b.* al. nativis.
Ignis & in fimo montis non surgat ab imo,
De sale communi, quantum sibi convenit uni,
c *Mittas in ampullam , quo non sit fortior ulla.* — *c.* al. Mittis in ampulla.
d *Hinc petra frangatur, qua numus uterque tegatur,* — *d* al. Hæc.
Frigidus exsanguis ne prodeat ignis, & angis.
Fragmina cæmento tenui solidare memento,
Calcis & immundæ secreti fluminis undæ:
Hæc & in argilla siccando cohæreat illa,
Fervida vis solis depellens lubrica molis.
His ita perfectis, & equino stercore tectis,
Septima prætereat lux; dum decoctio fiat.
Ignea tepescat vis, tunc & tumba a *patescat.* — *a.* al. quiescat.

Sanguis & mundam serpens tunc hauriat undam
Inde salis vena pars altera, quarta novena a — a. al. venenæ.
b *Sanguis & in muro claudatur ut antea duro,* — b. al. Anguis.
Nec c *minus ex sanguis muro claudatur & anguis,* — c. al. nimis.
Vt pariter sanguis fimo tumuletur & anguis,
Lex quoq; fervori simul sit facta priori,
Sanguinis ut mundam serpens iterum bibat undam:
Ac quoties munda fit d *parva sanguinis unda.* — d. al. crocea.
Hac igitur rerum series, hac meta dierum
Non prius absistat, quam sanguinis unda resistat.
Hinc sitiens sanguis adaquatur, rumpitur anguis.
Atq; sui proprium fontis petit anguis asylum,
Et tunc cum stylo movet omnia fontis asylo.
Res tibi sitq; rata quod aquatio sit moderata,
Sin rem turbabit pelagus, vel flamma cremabit,
Et quod miscetur denuo quoq; tunc tumuletur:
Tunc sic aptetur murus, velut ante docetur,
Et veluti primo montis tumuletur in imo.
Et ne damnetur, sed fons sitiens adaquetur,
Vtilis ut primi fiat mutatio fimi.
Tunc dimittatur tumulo, quodcunq; paratur,
Non auferratur dum septima lux oriatur.
Tunc quod in ampulla viridis e *remanente cuculla* — e. al. remanebit in illa.
Si satur albescit, nec fluminis unda tumescit,
Arida sub fimo candescat fontis in imo,
Victor gaudebis: nam portum nauta tenebis.

Hac

Hæc igitur rerum series & meta dierum,
Sic pertractetur, dum candida gemma lavetur.
Sed ne quid mutem, si vis properare salutem,
Quæ a prius in tumba tumulavimus, atque rotumba. a. al. post.
Accensis signis siccet b *fortissimus ignis.* b. al. mitissimus.
Au radius solis depellat lubrica molis,
Don tua corvinis fiunt contraria signis.
Hc ita decocto dat partem partibus octo,
At octogenis dabitur pars inde serenis
Cndida, cum venas faciet candore serenas.
Is igitur nactis, & læto fine peractis,
rdua si curas, rerum cognosce figuras,
umfons exsanguem vacuus susceperit anguem,
nguis & in proprio fuerit dimissus asylo
al prius acceptum per pondus lance repertum
ondere per venas c *sectetur, ut ante, novenas.* c. al. siccetur.
inc salis ex vena captabitur una novena
ltera pars cuius, vel tertia ponderis huius
anguinis in muro claudatur, ut antea, duro.
inc redeat rerum series, hinc meta dierum.
anguinis hic mundam serpens iterum bibat undam.
t quoties munda crocea sit sanguinis unda,
ons similis primo vacuus sit montis in imo,
uscipiens mundam citrini sanguinis undam.
atera tractentur fieri velut ipsa iubentur,
onec candescant, & candida tota nitescant.
igo rubens unda, purgato sanguine, munda,
urea, pura satis, niveo candore renatis,

Sic infundatur, quod ab illis tota bibatur.
Et si candorem tollat, tribuatq; ruborem,
Tunc desiccetur totum velut a *ante iube-* a. al. arte.
tur.
Et conservetur; Nam pulvis perficietur.
b *Hinc octogenis sit pars* c *sociata sere-* b. al. Hoc.
nis. c. al. saciata.
Pulveris immunda Saturni fluminis unda.
Si tibi multarum placeat tumulus fovearum,
Hoc de communi sapias quod convenit uni,
Sed quod adhuc restat secreti, gaudia præstat.
Nam rumpendo moras si totum nosse laboras,
Vt prius ex vena iam pondera sumpta novena,
Pars salis immunda, ponatur sanguinis unda.
Hinc dissolvatur quæ claraq; conficiatur,
Vivida calx mundam conservans fluminis undam.

CAPVT XII.

CONCLVSIO.


FONS *igitur cœna testudine mox aliena*
Clausus cum gypso muro siccetur in ipso.
Tunc calx sicca nimis montis d *subhu-* d. al. subli-
metur in imis, metur.
Dum ter septenis solis foveatur habenis
Et rubor mellosus lætos operetur in usus.
Ergo rubens vena, rubei vel fontis arena
Roris adhuc plena fiat sub sole serena:
Aut desiccetur flammis, velut ante docetur.
Hæc iam summa rei, congestio materiei,
Fit ex certa spei sequitur quam lex seriei.
Ex hac mixtura sequitur coitus genitura,

Cuius

Cuius natura dat omnibus omnia pura.
Ergo quod exponam serie, scriptoq; reponam,
Cætera, quod sequitur, sine quo nihil his aperitur,
Si supradictis coniunxeris omnia scriptis
Mens tua gaudebit, tibi res nam tota a fa- *a.* al. pate-
vebit, bit.
Vt videas quantum valeat laudabile sanctum
Alembum purum, vivum, salq; armoniacum,
Vt disponuntur per partes, accipiuntur.
Ergo chylindroidas confletur vitrea lampas,
In qua ponantur species, atq; accipiantur.
Os quoq; conflati cum vitro claude chylindri,
Ne calor inclusus varios laxetur in usus.
Tunc testudinea ponatur lampas in urna,
Pulvere, vel sabulo circundata tartarisato.
Vrnam cæmento sic obturare memento,
Ne per fervorem respiret testa calorem.
Hæc sub Saturno debes committere forno.
Postquam digestus panem decoxerit æstus,
Hinc spacio noctis cunctis ex ordine coctis,
Quæ sub Saturno coxisti detrahe furno,
Extractas species, & ut antea marmore tritas
Vt prius aptabis fornaci lampade mixtas,
Et si quid videas paulatim tendere sursum
b *Attritu solito facias descendere rur-* *b.* al. Attri-
sum. tum.
Hæc igitur repetenda monet decoctio rerum,
Donec prætereat coctura meta dierum.
Tempora cocturæ c *tibi sunt septena die-* *c.* al. tria.
rum.
In quibus unitur contraria vis specierum.

Sic diſſolvuntur ſpecies. & concipiuntur,
Et ſic accedunt, nec diſſociata recedunt.
Huius mixturæ partem ſi iunxeris æquam
Æri candenti totum vertetur in album.
His quoq; maiora ſi captas utiliora,
Sufficit maiori, quod feceris ante minori.

Explicit Liber Raſis Philoſophi ſuper artem ſancti, laudabilis in alchimia.



LAVDABILE SANCTVM,

SEU

TRACTATVS DUODECIM AQVARVM, QVÆ PERpetuæ & vivæ nuncupantur: conscriptus

à

MERLINO Philoſopho Anglo famoſiſſimo.

EST *lapis occultus ſecrete valle ſepultus,*
Qui, quia neſcitur, vix aut nunquam reperitur.
Hic lapis incertus fuerit ſi ſorte repertus,
Si congeletur ſine germine projicietur.
Exigit ordo rei, quod filius ille diei
Flumine mundetur, dum veſtibus expolietur,
Teſtis in ampulla nam ſi ſe ni ſceat ulla,
Menſtrua dicetur fieri quodcunq; iubetur.
Turbinis oſſa maris mundari non verearis.
Si fuerit munda biduo triduove ſub unda,

Tunc

Laudabile S anctum,
Tunc denudantur, ... us expoliantur,
Nequid in ampulla noceat damnosa cuculla.
Ossibus hinc lotis, & vestibus æque remotis
Intus aquæ plena fiant sub sole serena.
Tunc confringantur donec cinis efficiantur,
Et cinis aptetur cribro quo tantarizetur.
Hinc cinerisetur, cinis & bis terve lavetur
Et comburatur dum tertia diminuatur
Tunc quod in ampulla viridi liquefacta medulla
Quater septenis iam sol lustravit habenis,
Coxit si immundam, viridem mutavit in undam,
Non plus mutetur, sed protinus extumuletur.
Tunc cinis immundam sitiens pariter bibat undam,
Et vomat in tumba viridi mediante rotumba.
Nam quod potatur lac virgineum vocitatur.
Si ter septenis multum tibi stillat habenis
Pondere sub primo mersum dum stillet in imo
Vt serie rerum conceptio sit specierum.

Amphora cum rebus septem tumulata diebus
Parturiet mulsum Pegaseo fonte remulsum:
Tunc quod mulgetur per stamina purificetur
Cui superaddeturq; iterum cinis ut tumuletur
Pondere sub primo, sicq; ut foveatur in imo,
Donec septenæ solis peragantur habenæ.
Sicq; quod aptatur, denuo quoq; quod tumulatur,
Fœce purgatum cinis ebibat extumulatum,
Et fons hic iterum septem fluat orbe dierum,
Sanguinis in vena pegaseo sanguine plena
Vt tibi purgetur lac quod totiens tumuletur,
Cui pro mensura cineris tibi sit genitura.

His

His ita tractatis ſerie, figuloq; locatis,
Ignibus aptatis, lac decoque virginitatis
Igne tepeſcenti furno fervore carenti,
Impoſitis ollis ut ſit decoctio mollis,
Atq; oneris lutum faciens fervore ſolutum,
Vellera comburat pennas quoq; lacte perurat.
Tunc deſiccetur, ſicq; & ſal deficietur,
Miſteriis plenus quibus exoneratur egenus.
Cum ſale ſi nitidum noſcas miſcere butyrum,
Vt dapibus plena celeberrima ſit ſacra cœna.
Nec tamen ignoret, potius ſed ſcire laboret,
Dum ter ſeptenis tranſactis Solis habenis,
Quod latet in tumba ſtillat mediante rotumba,
Sicq; ſuper viridem, ſed non natat alba leonem,
Omnia turbantur quaſi pelago eijciantur,
Nec diſſolventur iterum, nec conſpicientur.
Candida ſed mundam ſi ſpuma ſupernatet undam,
Omnis gaudebit: nam portum nauta tenebit.
Ergo rigans bruma tollatur candida ſpuma,
Et pertractetur totum velut ante docetur.

DE MATERIA ET RATIONE confectionis candidi & rubei.

Candida ſi rubeo mulier ſit nupta marito
Mox complectuntur, complexaq; concipiuntur,
Per ſe ſolvuntur, per ſe quoq; conficiuntur,
Vt duo quæ fuerant, unum quaſi corpore fiant.
Hic tamen eſt rebus modus, & ratio ſpeciebus,
Qui, ſi ſervetur, mox totum perficietur.

Ergo lapis purus, prægnans, testudine durus,
Primum librari debet pondusq; notari,
Cuius pars dena rerum sit germine plena,
Si pertractetur, velut hic ratione docetur.
Est secretorum ratio seriesq; laborum,
Vt dissolvatur lapis & liquor egrediatur,
Dum foris acceptum, propria nec veste receptum,
Mox calcinabis, & ei cenum revocabis,
Et quod in ampulla retinet damnosa cuculla
Sic calcinari debet cenumq; novari.
His ita tractatis ceno, pariterq; locatis,
Quæ magis infestat rerum confectio restat.

Res manet in primis ut sal, qui stillat in imis
Pondere librato lapidis, deciesq; secato,
Vt pars dena datur pondus salis accipiatur,
Et conservetur, dum testibus intumuletur,
Testibus ut clausis maneat, & concipiatur.
Est ergo tempus conversio trina dierum,
Qua rerum serie conceptio fit specierum.
Tunc quod in ampulla rubei natat, atq; medulla
Est aqua candoris cacabo mutanda liquoris,
Tunc res mutari debent cenumq; mutari.
Vt res in melius valeant simul associari.
Pars salis hinc iterum sub terna luce dierum
Teste reponatur, rubei dum concipiatur:
Postea conceptum liquidi sit fonte receptum,
Et si candescat liquor, & candore nitescat,
Hac serie rerum conceptio fit specierum,
Dum quod libratur, totum sal concipiatur.
Tunc aqua candoris dolio purgata liquoris

Ex-

Expers fœtoris lacti sit mixta cruoris,
Tunc complectentur, tunc per se concipientur.
Candida tunc rubeoq; erit uxor nupta marito.
His ita purgatis amplexu virginitatis
In thalamo maneant, ut terna luce quiescant,
Inde quod aptatur sub divo constituatur,
Et congeletur eius pars quota videtur,
Altera pars molis siccetur lumine solis,
Vt non candescat roseo sed sole rubescat.
His igitur tactis à rebus ritè peractis,
Candida candorem generat, rubicunda ruborem,
Sic serie rerum, simul & ratione dierum,
Vertere, nec falli poteris, genus omne metalli
In genus alterius, doctrina carminis huius,
In quo sanctorum fit mentio sancta virorum,
Qui res noverunt occultas, & docuerunt,
Vt sublimetur Deus, & sublimis ametur.

Explicit primus.

Incipit secundus Epilogus operis sequentis.

Est lapis in mundo, qui non reperitur eundo,
Vilis, & eiectus fimo, vel stercore tectus,
Iste salutaris lapis oritur orbicularis,
Et magis in vena reperitur sanguine plena.
Qui si concipiat pariens & germine fiat.
Si pariat ventum valet auri pondera centum
Si vero damnatur sine germine, proijciatur,
Nam cum turbatur mare menstrua proijciatur.
Vnde Deo plenus sapiens dixit Morienus:

Non lapis hic lapis est animal, quod gignere fas est.
Est lapis hic avis, est & non avis, aut avis hæc est
Siq; occultatur lapis, & si hic esse negatur,
Vt si quæratur vix, aut minus inveniatur.
Est lapis occultus vivo sub fonte sepultus,
A quo si trahitur viget, & minus reperitur.
Qui si iungatur fluvio, vel fonte necatur.
His lapis est moles, stirps, & saturnia proles,
Iuppiter hic lapis est Mars, Sol, Venus, & lapis hic est,
Alligit & Luna lucidior omnibus una.
Sicq; figuratur sapiens ne decipiatur,
Et quod tractatur stultis ne distribuatur.
Ecce sub obscura tegitur, velut ante figura,
Quæ sit, vel qualis substantia materialis.
Tegmine verborum toties variata priorum.
Nam nunc argentum, nunc aurum, nunc elementum,
Nunc aqua, nunc vinum, nunc sanguis & æris olivum,
Nunc lac virgineum, nunc spuma maris, vel acetum,
Nunc in sentina fætenti stillat urina,
Nunc quoq; gemma salis, Almizadir, sal generalis,
Auripigmentum primum statuunt elementum,
Nunc mare turbatum cum sulphure purificatum.
Et sic disponunt, quod stultis pandere nolunt,
Vt lapis aptetur, fons perpetuusq; lavetur,
Quo si iungatur res mortua vivificatur.

FONTIS PERPETVI COMmendatio.

Est fons perpetua destillans flumina vitæ,
Rupibus ex mundis nascens argenteis undis.
Hic fons vitalis sitientibus est specialis,

Quo-

Quorum surgendi, quorum sitis ardet habendi
Hic congaudentes facit, & favet esurientes,
Hic miseros flentes solatur, ditat egentes.
Hæc res immundas lavat, & facit esse secundas
Quæ cum mundantur, multò magis appreciantur.
Hic fons sublimis veniens consurgit ab imis,
Stridulus argento de currens murmure lento
Hic dat perpetuæ mortalia corpora vitæ,
Et res mortales dat vivere perpetuales.
Fons igitur clarus, qui non reperitur amarus,
Dulcis aquæ plenus, semper sine sorde serenus,
Est animal vivum, divino nomine divum.
Ergo quod hic legitur, nunquam verum reperitur,
Fons nisi purgetur, velut hic ratione docetur.

PRIMA FONTIS ABlutio.

Res immortalis mortifera, Mercurialis,
Optime purgatur sic & purgata necatur.
Res igitur læto prius apta coquetur aceto.
Hinc fervens rivo viridi purgetur olivo,
Demum mundetur lotio, dum tota lavetur,
Sic res purgatur, sic & purgata necatur.
Sic quoq; purgatur res postea quæ solidatur.
Pars igitur mundæ secreti fluminis undæ
Partibus amborum semet aut lu e foliorum,
Cuncta velut florum partes bibat una duorum,
Mixta refulgente digitis in lance virente,
Dum, duo quæ fuerant, unum quasi corpore fiant.
Tunc simul acceptum pro lintea pura receptum,
Quod iam mundatur cum toto conficiatur.

Et quod mixtorum retinet pannus foliorum.
Non imponas, sed in una cuncta reponas,
Atque hinc vertuntur, sic in unum conficiuntur,
Igne tepescente caleant fervore carente.
Tunc mixtis rebus decoctis, & speciebus,
Quod vides ablutum, solve magis, atque solutum
Mox congeletur. Nam totum perficietur.
Pondera propono quibus hæc secreta repono.
Ergo perpetuæ purgati fluminis undæ
Vt sit opus summum nimis exigit addere nummum
Albi cristalli, vel flavi lance metalli.

DE VASE, IN QVO PVRgatio facienda est.

Vas, quo purgantur species, pariterque necantur
Fingitur in munda saturni fluminis unda.
Fons niveus mundam vitæ conversus in undam,
Flumine multiplici fundatur fontis amici.
Plenius, ac melius tamen hoc facit imber opimus,
Qui tribus ex venis, tribus & destillat arenis.
Est igitur vena vas, quo madet omnis arena,
Purgans secretum dum vas destillat acetum.
Ergo prior vena reperitur à lumine plena,
Altera nacta lacum gignit sal Ammoniacum,
Tertia non mundam veteris dat fluminis undam
His igitur venis fons vivus stillat amenis.
Ergo prior vena niveo fit à lumine plena,
Per quod secretum veniens destillat acetum.
Hinc & arena salis fons mysterio specialis
Stercore secretum stillans purgabit acetum.
Hinc aqua vitalis fluvii cunctis generalis,

In sale solvatur veteri dum conficiatur
Vertice cum montis servens ablutio fontis,
Abluat & mundet fontem, niveumq; secundet,
Nix igitur tota primo sit à lumine lota
Hinc maris in fundo iaceat sale loti secundo,
Deniq; fervescat puteo dum cocta quiescat.
Nam post fervorem tandem dabit ipsa nitorem.
Res monet ut primo fons sublimetur in imo,
Quo si mergatur, mox plumbum vivificatur.
Sit pars dena rei fluitantis materiei.
Tunc sublimantur simul, & ter purificantur,
Et sublevatum servatur purificatum.
Tunc destillabit sal, & se purificabit,
Dum nihil humoris stillat sentina liquoris.
Hinc sublimati prius, & ter purificati
Partes accipias binas, quas pondere misces
Cum libra munda natantia fluminis unda.
Hoc ita servatum sub nocte dieq; rigatum,
Mox destillabit manabit, seq; liquabit.
Cumq; fluens unda stillis manaverit unda
Non extinguendus, maior rogus est adhibendus,
Dum sublimetur fons lividus, atq; lavetur.
Tunc exaltatum primo, denuoq; lavatum
Ignibus ablutum, mananti fonte solutum.
Fontis aquam mundam, lucidam dabit, atq; secundam,
Officium cuius precium dat numerus huius.
Si, quod adhuc sequitur, fiat velut hic aperitur,
Est sal sumendum, viva cum calce terendum
Partibus æquatis spumæ maris associatis:
Hinc dum sufficiat fervens decoctio fiat,
Ut ter fervescat, ter & fervore quiescat.

Quod prius ablutum, fractum nec ab igne solutum
Partibus æquatis Amizadir purificatis,
Inde quod aptatis inter duo vasa locabis,
Est commiscendum pariter simul atq; terendum:
Et protinus, quantum res postulat, excute tantum
Donec compactum, velut arida lamina factum,
Si contundatur, vix frangi se patiatur.
Tunc aqua servata stillando purificata,
Sic infundatur, res ut submersa tegatur.
Nam tunc fervebit, quoniam liquefacta patebit,
Hanc in aquam tandem sese convertit eandem.
Hic ita collatis serie, sic vivificatis,
Qui non purgatur fons turbidus accipiatur.
Sulphuris, & quantum capitur de flumine, tantum,
Ad cuius medium zernec miscebis & ipsum.
Pars quoq; sumpta salis Amizadir sit mediatis:
Quam, cum miscebis reliquis tribus, atq; fovebis,
Hæc commiscendo pariter, simul atq; terendo.
Quæ tunc assabis, quæ non assando cremabis.
Quæ tamen assantur, bis cum sale mixta terantur,
Et sublevetur in vase, quod accipietur,
Donec firmetur candens & consolidetur.
Tunc sublevatum candens, & consolidatum
Sorde maris munda sitiens adaquatur, & unda,
Sic est assandum, sic alternando rigandum,
Ignem ne fugiat fervens, fumum neq; mittat.
Quod simul exactum fuerit mirabile sanctum,
Eiusdem mundam superaddes ponderis undam.
Hinc dum solvatur fons unus & efficiatur,
Et benè purgetur fons, protinus intumuletur.
Hoc ita purgatum sit protinus intumulatum,

Et con-

Et congeletur. Nam totum perficietur.
Istud confectum miro velamine tectum
Purgatum stagnum dictu mirabile magnum,
Vertit in argentum, quamvis sint pondera centum,
Si sexagenis pars sit coniuncta serenis.

PLVMBI VERA ABlutio.

Plumbum mundatur, si cum sale conficiatur,
Et sale potetur, eius qui potus habetur.
Sal cibus est, potus reperitur flumine, focus
Balnea quod purgant, quotiens sua flumina turbant.
Ergo sibi detur cibus & potus, satietur,
Dum satur ad plenum fiat candore serenum.
Sed cum conflatur, sumptoq́ꝫ cibo satiatur,
In sale mergatur veteri, dum conficiatur.
Est hoc arcanum servans cum furfure granum
Ad vitæ cultum studiosis utile multum,
Cuius adhuc restat quoddam, quod gaudia præstat,
Sed superaddatur primis, & conficiatur

CANDIDI ADMINISTRAtio in melius.

Illud candoris nitidi, niveiq́ꝫ coloris,
Quod tibi prædixi, quando de pulvere scripsi
Est dissolvendum cacabo, pariterq́ꝫ fovendum
Cum sale nationis, & alumine Salomonis.
Partibus æquatis tantundem vas elocatis,
Vt disponuntur serie, qua conficiuntur.
Nam si destillat ter dum decoctio fiat,
Lunæ candorem mox confert atqꝫ rigorem.

Quomodo purgetur, vel quomodo Luna lavetur.
Sic pertractetur serie, velut ante iubetur.
Hæc nam lunarisq; ablutio perpetualis
Nostri sermonis finem parat atq; laboris

SVLPHVRIS ABLVTIO.

Sulphur purgatur tenui si lacte coquatur,
Et si secreto forti decoquatur aceto,
Demum centina veteri fervebit urina.
Nam si purgetur, album mox efficietur.
Quo satis abluto, cui fœtore soluto
Est nihil utilius doctrina carminis huius.

AVRIPIGMENTI ABLVTIO.

Auripigmentum lavat æris pondera centum,
Si sublimetur, velut hic ratione docetur,
Cum sale concreto, primum præparetur aceto,
Et sublimetur, & aceti fonte lavetur,
Quem bibat ad plenum donec sit valde serenum,
Et sibi candorem tribuat, tollatq; ruborem.
Hoc ita purgatum candens à fonte levatum,
Æri candorem præstat niveumq; colorem,
Si cum conflatur super illud proijciatur,
Nam tunc candebit cuprum ruborq; carebit.

ADMIRABILIS ABLVTIO ARgenti vivi, eiusdemque iam abluti ad propriam virtutem redintegratio.

Quædam sanctorum libris excerpta virorum
Scripsimus hoc libro quorum virtutis origo,

Qua-

Qualis vel quæ sit rerum mens nescia nescit,
Quamvis noscantur, rerum quæcunq; parantur,
In quibus arcanum superest, examine planum,
Arcanis rebus mixturis, & speciebus:
Principium cuius est gratia carminis huius,
Quæ congelari res edocet, atq; lavari.
Est naturalis purgatio perpetualis,
Quæ lavat, & mundat res, & sine fine secundat.
Hanc facit in tumba ceni tumulata rotumba,
Dum latet in cæna vitali germine plena.
Quod datur argento vitrum linire memento
Cum sale, cum gypso, malvisco ca'cine mixto
Quæ licet aptentur, div sim perficientur.
Qui cum vita, cum clara confice trita,
Quæ bene pisabis, ex his massamque parabis.
Tunc calcinabis, vas undique sicq; locabis
Vt desiccetur res, & dum consolidetur.
Tunc prius in tumba tumulatur ipsa rotumba
Et respurgetur, velut hic ratione docetur,
In ceni tumba sit calcinata rotumba,
Cuius vernalisq; inhumatio sit bidualis.
Tunc sublimetur, tunc in fornace locetur,
Ortus dum primo solis, dum Sol sit in imo:
Ex levibus lignis fiat lentissimus ignis
Ne comburantur, furno quæcunq; locantur.
Hoc ita bis denis facies sub Solis habenis,
Vt decies talis inhumatio sit bidualis,
Et quod mulgetur decies fornace lavetur,
Ceno mutato decies totiens renovato.
Quidam doctorum scrutantes scripta virorum
Hoc invenerunt scriptum, quod sic docuerunt.

 Ampho-

Amphora cum rebus septem tumulata diebus
Efficiet tantum, faciet præfatio quantùm.
Ignea vis mollis si sit moderata sub ollis
Vt conservetur, res ne flammis violetur,
Hoc iterum cena faciet inhumatio plena.
Illud ut id purum valeat ducere genituram,
Ad domum cuius doctrinam carminis huius
Liber adhuc celat Moysi nulliq; revelat
Est nam secretum bonitatis carmine fretum,
Saucius ex omni bona dans elegantius omni.
Quod si præstiterint gravis explanatio restat,
Charta sacerdotum denudat carmine totum.
Qui si quid minus est dictum carminis huius,
Hic locus ut constat ea res ex ordine monstrat.
Ergo sacerdotum libro complentia totum
Cuncta recensentur, veluti ratione docentur.

EFFICAX ET PERVIA tinctura.

Est aqua vitalis, perpetua, mercurialis,
Cui si mundatum plumbum fuerit sociatum,
Auripigmentum, quod ut omnibus est elementum,
Pondere iunctorum sit pars octava duorum.
His ita libratis gypsato vase locatis,
Mox distillari debent, & ab hinc inhumari,
Vnde sepultura vice fontem paritura.
Est etiam rebus septem facienda diebus,
Tunc fons stillabit, qua mortua vivificabit,
Si congeletur, quod destillare videtur.
Cuius pars modica maiori consociata
Tincturam puram faciet pretium parituram.

VTI-

VTILIS ADMINISTRATIO.

Argentum rarum, Iove, Amizadir, amarum,
Vt disponuntur, per partes accipiuntur.
Ergo chylindrioidas confletur vitrea lampas,
In quo ponantur species ut conficiantur
Hos quoq; conflari cum vitri claude chylindri,
Ne calor inclusus vanos laxetur in usus.
Tunc calcinabis tumulo, Nam cuncta locabis,
Vt vas septenis solis destillet habenis.
Hinc vas præfatum sit protinus extumulatum
Cui levibus lignis aptetur fortior ignis.
Sic nam purgatur res nocte dieq; locatur.
Sed conservetur vas ne flammis violetur,
Sic destillandum, purgandum, terq; lavandum,
Dum ter septenis solis destillet habenis.

SVPRADICTÆ ADMINISTRATIO.

Quod calcinatur, siccatur & intumulatur,
Non dissolvetur, nisi tertia lux iteretur.
Ergo renovetur tumulus, velut ante iubetur,
Dum res concipiat ut dissolutio fiat.
Hinc argumentum dabimus velut experimentum
Quo confirmatur, quod cum ratione probatur.
Hoc tibi nunc eadem subtilis lamina quædam
Non ad fervorem retinens calefacta ruborem,
Si super eiectum teneat nec abinde reiectum,
Evolet aut fugiat, & ut antea lamina fiat,
Signum virtutis erit hoc signumq; salutis
Quo res concipiet, quo dissolutio fiet.

Cætera si quaris, illis ut adhuc opereris,
Sumpto natone fac omnia cum Salomone.

DE AQVA CANDIDA HVIC operi valde necessaria.

Amizadir quantum capies lotij, cape totum,
De sale communi, bis quantum convenit uni,
Spuma marina sesquialtera sit genuina.
His ita collatis, & libra verificatis
Omnia pisantur pisataq; tantarisantur,
Pulvere cribrato, & vitri vase locato,
Desuper effunde quod sit satis Arcadis undæ.
Inde quod aptatur figuli fornace coquatur
Igne tepescente nimio fervore carente,
Candida cum munda cacabo manaverit unda,
Omnia permiscens pelagus velut unda deiscens.
Illa reservetur, sine qua nihil efficietur,
Quamvis sulphureo non sit permixta liqo,
Sed qua concipiat semper inhumatio fiat
Ceno mutato, quartana luce mutato,
Donec quod poscis oculo deprehendere possis.
Nam quod in hoc legitur libro certum reperitur:
Quod si fecteris gaudens voto potieris:

Explicit opus summum Hermetis MERLINI Philosophi.

Primò qualiter fiat coitus.

Rerum mixturam coitus notat & genituram,
Semina miscentur quasi lac, quæ mixta videntur.

Secun-

Secundò de conceptione.

Quod quasi lac fuerat, conceptio sanguinem mutat,
Pallida nigrescunt rubeo suffusa nitescunt.

Tertio de prægnatione.

Firmans mutatum prægnatio spondet hiatum,
Quæ bene purgantur concordi pace ligantur.

Quartò de ortu.

Ortus purgatum producit stercore natum,
Natis vita datur, non natis vita negatur.

Quintò de nutrimento.

Postea nutritur, quod natum vix reperitur,
Ignis aquam superat, fornax alimenta ministrat.
Amphora conflatur cuius caput artificetur,
Fundum & ampletur, quo spiritus igne lavetur.
Ergo recondatur sanguis, qui pulverisatur,
Et bene claudatur vas ne calor egrediatur.
Hinc vas lutetur, bis ter lutusq; novetur,
Et desiccetur soli dum consolidetur,
Artis ad examen, modicum dimitte foramen.
In summo vasis per quod decocta notabis,
Nam cum lutatum fuerit vas igne locatum,
Aer inclusus fumi laxetur in usus.
Fumus palloris si sit furnusve ruboris,
Non auferatur dum candidus egrediatur,
Tunc extinguatur rogus & tunc conquatiatur,
Et confringatur, nam res iam tota paratur.
Sic sublimatur, sic spiritus igne levatur,
Vt si solvatur Mars candidus efficiatur.
Vas ita formatum, si non fuerit tibi gratum
Conflati vitri fiat vas more chylindri.

Est secretorum lex septuaginta librorum,
Quod bis quindeni, quantum sunt septuageni.
Sic pars per partem totam producit ad artem,
Quos si servavit Deus, & servando beavit,
Nec putes hoc sacrum quenquam tetigisse lavacrum,
Qui manet obscœnus, nulla virtute serenus.
Hæc est sanctorum scientia sacra virorum,
Quos Deus ornavit, docuit, ditavit, amavit,
Et quibus augeri datur experientia veri,
Qui conculcatur stratis si projiciatur,
Quo latet arcanum sacrum, venerabile, charum
Quod docti tantum dicunt laudabile sanctum.

FINIS.



GVIDO DE MONTANOR

DE ARTE CHYMICA.

GVIDO de Montanor, Philosophus verus, authenticus, & abunde experientia chymica imbutus, quem plurimi Græcum fuisse adserunt falso, sine dubio ex Gallico solo fuit oriundus. Hic Philosophus non modo præsentem de lapide Philosophico conscripsit tractatum, qui omnibus numeris absolutissime ipsius præcellentem doctrinam, & lapidis benedicti possessionem veris Philosophis demonstrat: sed etiam alium quendam librum, quem ante annum germanico idiomate sympatriotarum nostrorum bono, quod felix faustumq; sit, in lucem misimus, de arte Chymica posteris reliquit. In isto autem libro, quanta industria, quantoq; labore huic arti insudaverit, & quo animo aliis Deum diligentibus, huicq; arti invigilantibus fuerit, etiam vel lusco patere potest. Describit etenim non modo primi operis praxin, sed etiam totius operationis modum sub verborum involucro docet. Insuper & Scalæ Philosophorum, quæ sub innonimi Philosophi nomine circumfertur, autor fuisse coniectura est, cum ex aliis, tum maxime ex

me ex Riplæo, qui plurima ex ipsa mutuatus esse videtur, in primis in porta quarta, quinta, & aliis, ubi honorificam eius fecit mentionem.

CAPVT I.

Modus purificandi Mercurium.

INGENIVM igitur remotionis superfluæ ipsius terreæ substantiæ, est ipsum semel vel bis sublimare cum vitro & sale nitro, donec ipsius substantia sumatur albissima. Cum vero albissima ascenderit, proiice illam in ferventi aqua, donec redeat iterum in argentum vivum. Tolle ab eo aquam & operare cum eo, quoniam non est bonũ operari cum ipso in aliqua re, nisi hoc modo prius mundificetur. Vnde dicit Avicẽna: primũ, quod debes facere in opere, est quod sublimes mercurium, postea solve eum, ut redeat ad suam primam naturam & sublima totũ. Tunc in hoc mercurio mũdo immitte corpora munda, æqua tamen lance librata. Veruntamen non misceas corpus album cum rubeo, nec rubeũ cum albo, sed unumquodque dissolve ad partem: Quoniã aqua alba est ad albificandum; aqua verò rubea est ad rubificandum. Non ergo misceas aquam unius lapidis cum alio lapide, quia vehementer errares, si sic feceris. Ab iis verò vice post vicem contere, imbibe, decoque in Balneo Mariæ, & destilla per filtrum, quousq; transeat totũ ipsum per pannum; collige semper ad partẽ, quod invenies nigrũ quoniã illud est oleum, ac veræ dissolutionis signum. Quia, quicquid est solutum, per-

pervenit ad ſuperiorẽ finem. Vnde ſeparatur ab inferioribus, videlicet aſcendens ſurſum, & petit altiora loca, ut corpus aereum. Cuſtodi ergo ipſum, ne evolet in fumum. Quod facis in albo, facies etiam in rubeo. Quoniã hæc medicina eſt in eſſentia una, & in modo agendi ſimilis. Eſt tñ additamentũ citrinitatis coloris in rubeo, quod à ſulphuris fixi mundiſſima perficitur ſubſtantia. Differentia eſt tamen inter lunarem medicinam & ſolarem, per hoc quod ille ſol ſulphur rubeum in ſe continet, illa verò non: quoniã indiget mũdiſſimo ſulphure albo, ſicut hæc rubea indiget ſulphure rubeo. Sufficient tibi hęc duo corpora, quoniam aſſimilãtur illis quæ tu quæris. Indiges vero, quod in ſolutione, ſublimatione & ſubtiliatione eorum labores. Sunt fortia, & ideo indigent præparatione longinqua, & continua operatione, ſic ut primo calcinentur, & poſtea ſolvantur: quoniam cum calcinata fuerint, facilius ſolvuntur, eo quod calor ignis penetrans partes corporis facit aquam ingredi poſt ipſum, & ſic eſt magis diſſolutionis ſuſceptivum, &c.

CAPVT II.

De principiis naturalibus, ex quibus liquabilia generantur.

NOta, quod mineralia ſunt quatuor ſpiritus, & ſeptẽ corpora. Quatuor ſpiritus ſunt: argẽtum vivũ, ſulphur, arſenicũ, & ſal armoniacũ: Et di-

Et dicuntur ſpiritus, quia fugiunt ab igne. Corpora ſunt ſeptem, quę ſatis convenienter nominibus vocantur Planetarum, videlicet, Sol, Luna, &c. Virtus vero Mercurii Planetæ cum aqua viſcoſa ſulphuri commiſcens argentum vivum efficit. Cum enim quæritur quid ſit lapis Philoſophorum: reſpōdeo & dico, eſt lapis non lapis, calidus & humidus in quarto gradu. Generatur autem in terra, quaſi aqua fluens, & eſt aqua viſcoſa in viſceribus terræ inſpiſſata, ſubtilis, ſubſtantiæ terreæ, per calorem ſulphureum temperatum, & unita tali unione forti per minima, quouſque humidum temperetur à ſicco, & ſiccum ab humido, ita æqualiter, ꝙ cum lapis nō lapis poſitus fuerit ſuper aliquā planitiē, non habet requiem, ſed de facili fugit, nec poteſt adhærere tangenti propter eius ſiccitatem viſcoſam, ſulphuream, nigram & fæculentam, ſine flamma aduſtibilem. Et lapis iſte eſt magis humidus quā ſiccus, & magis frigidus quam calidus in actu: Et in quibuſdam libris invenitur, quod ſit frigidus & humidus in quarto gradu. Et cauſa ſui ponderis eſt humiditas magna quam viſcoſitas ſicca terrea, ſulphurea contemperavit, & vivificatur in viſceribus terræ per calorem temperatum, quouſque tranſmutatur in formam corporis mollis currentis, nullam habens requiem, propter eius frigiditatem, & magni ſui ponderis humiditatem, intra eius ſiccitatem viſcoſam unitā & incluſam. Et quod iſte lapis ſit calidus & humidus, probatur ex eius effectu, quia diſſolvit, inci-

incidit & penetrat, & albedo eiusdem lapidis fit ex claritate suæ humiditatis & ex albedine suę subtilis siccitatis, quæ inest illi; & etiam ex admixtione aeris, qui est cũ eo, & in eo, cuius manifestũ est album propter frigiditatẽ & humiditatem, & eius occultũ est rubeũ, eo quod est calidum & siccum, & eius substantia est bona & optimæ operationis, recipiens colores. Eum magistri experti fuerunt per suum magisterium. Iste quidem lapis secundum omnes Philosophos, Aurum vivum & argentum vivum merito nuncupatur.

CAPVT III.

De materia Elixiris.

NVnc autem ad materiam Elixiris eligẽdam redeamus, cum satis notũ fuerit, quod ex Mercurio & sulphure cuncta generantur liquibilia; & ipsorum puritas & immunditia perficit & corrumpit, & nulla res immunda liquibilibus adhærere potest, nec pressionem facere, quoniá fit ex ipsis composita vel creata. Nam prædictis duobus, scilicet sulphure & mercurio omnia generantur liquibilia, & nihil eis adhæret, nec eis adiungitur, nec ea transmutat nisi quod ex illis originem accepit. Et sic de iure oportet nos accipere mercurium & sulphur pro lapidis nostri materia, nec ex mercurio per se, nec ex sulphure per se solum aliquod generatur liquibile, sed ex amborum commixtione. Ergo ex amborum cõmixtione materia nostra constat eligenda. Sed

noſtrum finale ſecretum eſt excellentiſſimũ, & magis qua re minerali, cum à minerali debeat fieri, propinquius & vicinius eligi tenetur. Pono quod eligeremus ipſum mercurium & ſulphur in ſua natura ſicut eſt: Oportet nos illa commiſcere proportionabiliter (quam debitã proportionem ingenium ignorat humanum) & poſtea decoquere uſque ad congulationem in ſolidam maſſam, Idcirco excuſamur à receptione horum amborum in ſua propria natura, videl. mercurii & ſulphuris, cum ignoramus eorum debitam proportionem, & invenimus corpora in quibus prædictam invenimus proportionẽ debito modo coagulatam. Hoc igitur ſecretum tene, & nota quod omnia liquibilia ſunt naturaliter operata ex argenti vivi & ſui ſulphuris ſubſtantia, eo quod propriũ eſt argenti vivi quod coaguletur, ex calore, ſive vapore ſulphuris; quoniam omne ſiccum ebibit naturaliter ſuum humidũ. Vapor ergo ſulphuris argentũ vivum coagulantis eſt ex ſua ſubſtãtia terrea, ſubtili, aerea, & digeſta actione caloris, poſtea elevata, decocta & digeſta, donec habeat vim ſulphureã coagulãtem argentũ vivum. Argentũ v. vivum in ſua prima radice eſt compoſitum ex terra alba nimium ſubtili, ſulphurea, cum aqua clara fortiter admixta, donec fiat ſubſtantia una non quieſcẽs in ſuperficie plana: Et homogeneũ in natura; quoniam aut remanet totum in igne fixum aut ex eo evolat in fumum, cum ſit incombuſtibile & aereum: Et hoc ſignũ perfectionis eſt. Et ideo cum poſtea cum terra

ſul-

ſulphurea decurrit, calefactum ſuperius aſcēdit, quoniam de natura ſua eſt, ut per calorem ſublimetur.. Veruntamen per cōtinuam ſublimationem nimium depuratur, decoquitur, & inſpiſſatur, ac in ſulphur album & rubeū gradatim coagulatur: Quod multotiens diſſolvitur & coagulatur per argenti vivi incerationem, & ignis decoctionem, donec vix in millibus annorum opera naturæ coagulatur in metallum perfectum.

CAPUT V.

De materia prima.

DIco quod duplex habetur materia prima: una videl. primordialis materia, q̄ fuit aqua, antequā cælum eſſet, neq; terra, ut dicitur in libro geneſis. Terra erat inanis & vacua, & ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Et dicitur ibidē, Deus fecit firmamentum in medio aquarum, & diviſit aquas ab aquis. E. aqua fuit antequam cęlum & terra. Et ſic aqua fuit primordialis materia omnium rerum. Reliqua vero primæva materia in hac arte dicitur materia prima corporū mineralium, quæ eſt aqua viſcoſa in viſceribus terræ, id eſt in venis concurrens & unita, tali unione, quod humidum teneatur à ſicco & ſiccū ab humido æquali diſpoſitione. Iſta aqua viſcoſa creata fuit ab illa primordiali aqua per potentiam Dei. Et ex iſta aqua viſcoſa omnia corpora mineralia habuerunt principium, materiam & formam.

CAPVT V.

De operatione Elementorum.

QVid eſt operatio elementorum? Dico quod ſimplex generatio, & naturalis permutatio eſt elementorum operatio. Ideo dicit Ariſtoteles, quod omne corpus corruptibile aut eſt elementum, aut ex elementis compoſitum. Sed omnis compoſiti generatio ex quatuor elementis conſiſtit ſimplicibus. Quare oportet, ut lapis noſter reductus in primam originem ſui ſulphuris & mercurii dividatur in elementa; quia aliter depurari non poteſt, nec coniungi, quia eius partes minimæ non poſſunt ingredi niſi in minimis partibus diviſis corporis autem depuratur bene, & iterum cõiungitur & Elixir, quod quærimus, operatur. Nam experimentum deſtruit formam eius ſpecificam, novam introducens ſpeciem. Vnde poſt elementorum diviſionem non videtur ex eis quicquam, nec tangitur, niſi terra & aqua, quarum opus viſibiliter cognoſcũtur: ſed cæteri, aer & ignis, nec videntur nec tanguntur, nec locus eorum videtur, nec opus, nec vis niſi in prioribus elemẽtis, id eſt, terra & aqua: quoniam ignis ſemper pervertit colores in decoquendo. Nam elementa diligenter cocta ad invicem rotantur, & in alienas naturas, id eſt, colores cõvertuntur, eo quod liquefactum fit non liquefactum, humidum verò ſiccum, & corpus ſpiſſum ſpiritus tenuis fugiens, & ſpiritus fugiẽs for-

formaliter cõtra ignem pugnans: Cuius quidem lapidis confectio non est manuum operatio, sed naturarum mutatio, & earundem naturarum calidi cum frigido, & humidi cum sicco, subtili dispositione, id est igne, est admirabilis connexio. Et dicit Philosophus quod istæ quatuor complexiones dicuntur corpora arcana lapidis nostri, quarum quidam sunt substantiæ activæ, id est, masculinæ, & quidam passivæ, id est, fœmininæ. Caliditas & siccitas sunt substantiæ activæ, frigiditas verò & humiditas substantiæ passivæ. Hæ quatuor complexiones nostri lapidis vocantur etiã quatuor elementa, quatuor qualitates, & quatuor naturæ. Ex his quatuor naturis, id est corporibus, quilibet sapiens naturalis potest artificialiter extrahere unam naturam, omnes alias naturas superantem. Hæc est verò natura spiritualis, cui summa trinitas potentiam tribuit, quam ignis non superat, sed in eo amicabiliter requiescit. Ipsa enim natura est veritas huius operis apud omnes sciẽtiam alchimiæ investigantes. Liquefacta vero ista natura cum suis corporibus, id est, complexionibus, operationem altissimam operatur. Et nota quod Deus in principio omnia creavit, Primò creavit hominem de limo terræ, ita quod homo creatus fuit ex terra per virtutem Dei, & ex massa illa Adam fuit prius homo: Et ex Adam Evam creavit, & extraxit creator altissimus, & ex Adam & Eva filii & filiæ procreantur.

CAPVT VI.

De fermento lapidis.

QVid est fermentum nostri lapidis? Scientia pro certo, quod corpus est fermẽtum spiritus, & spiritus fermentum corporis, sine quo nec nigredo, nec albedo, nec rubedo fieri possit. Et iste spiritus vocatur sol Philosophorum, aqua solaris, arsenicũ, & luna: Et cum corpus dealbatur, sol Philosophorum, & sulphur incõbustibile similiter nuncupatur. Inde Hermes testatur, quod nemo unquam potuit, vel de cætero poterit tingere solem, i.e. terram, nisi cum sole, i.e. aqua solari: nec facere solem poterit, i.e. venenum, nisi ex sole, i.e. ex elementis, & hoc est eorum sol tingens, quod memorati sumus, quod ex lapide Philosophorum prodiit generatum. Solem sane honoramus eo, quod spiritus noster non emendatur absq; ipso. Nam absq; sole, & eius umbra nullum tingens generatur venenũ: quia corpus nõ agit in corpore, & spiritus in spiritu, eo quod forma non recipit impressionem à forma, nec materia à materia. Nam simile non agit in suum simile, nec ab eo patitur, nec neutrum illorum fit dignius altero. Nullum ergo illorum agit in alterum, quia par in parem non habebit imperium. Veruntamen corpus suscipit à spiritu impressionem sicut materia à forma. Vnde apta nata sunt adinvicem pati & agere. Corpus vero tingit, spiritus vero penetrat. Corpus tamen non tingit, nisi tingatur, quia spissum terrenum, non

ingre-

ingreditur, neque tingit propter ſuam groſſitiem. Veruntamen tenue & aereum eſt, quod ingreditur & tingit. Non ergo tingit ſol niſi ſe ipſum, donec ſpiritus eius occultus extrahatur à ventre eius, fiatque omnino ſpiritualis. Solvimus ſane ſolem ut in ſuam priorem reducatur naturam, hoc eſt, ut vere fiat ſulphur & argentum vivum; quia tunc optime poſſumus Lunam inde facere, & ſolem, cum fuerit converſus in naturam ipſorum. Ideoque totum debet lavari, & decoqui, ut ſit verum ſulphur, & argentum vivum. Nam illa, ſecundum Philoſophorum, ſunt materia debita omnium liquibilium. Et certè noſtra ſolutio non eſt aliud, niſi quod corpus revertatur in humidum, & reveletur in eo natura argenti vivi, ſuæque ſalſitudines minuantur ſulphureæ; non autem ut revertatur in aquam, ſecundum quod quidam ſtulti putaverunt.

Quia revertitur in illa, & eſt tunc ſiccum per vim, & non per naturam ad modum ſalium, & aluminum: Et ſi tunc liqueretur ad ignem, converteretur in vitrum. Sed illud eſt fermentum, ergò intentio iſtorum. Noſtra ergo ſolutio eſt, ut tradas Gabricum Beyæ in coniugium. Eo ſanè cum Beya concubente ſtatim moritur, & in ſuam transfertur naturam. Deinde transſactis dictis multis aſcendit ſuper Beyam, tranſferens ipſam in corpus ſuum. Et quamvis Beya ſit fœmina, Gabricum tamen emendat, eo quod ex ipſa eſt. Et quamvis Gabricus

sit charior Beya, scimus tamen quod non sit absque eá, eo quod nulla est generatio congrua, nisi ex masculo & fœmina. Coniunge ergo servum nostrum rubeum sorori suæ odoriferæ, & inter se artem gignent. Versus.

Candida si rubeo mulier sit nupta marito
Mox complectuntur, complexaq; concipiuntur
Per se solvuntur, per se quoq; perficiuntur
Vt duo quæ fuerant, unum quasi corpore fiant,
Semen ut humanum primo de sanguine natum
Renibus extractum matricis femore sumptum,
Fœmineo iunctum cum semine sic velut unum.
Hinc semine rerum conceptio fit specierum.

Positos autem in vase suo clauso diligentissime, coque continuè ad ignem, donec brodium fiat saginatum. Nam ex principiis naturalibus est planum, ut omnis res, cuius radix est aqua & terra, solvatur, & fiat currens: Et certe per Philosophum terra fit aqua, cum vincunt eam aquæ qualitates, & aqua fit terra, cum vincunt eam terræ qualitates; quia ex spissitudine aquæ terra generatur: Ita quód solutio corporis est congelatio spiritus, & congelatio spiritus est solutio corporis. Nam unam habent operationẽ, quod non solvitur unum nisi congeletur reliquum. Ex roratu tamen cœlorum felicia & infelicia germinant in terris. Ideò in principio operis tui adiuva solutionem per lunam, & coagulationẽ per solem. Nam effectus inde apparebunt, eo quod inferior deprimitur: tamen iuvat superiora, nam inferioribus dominantur. Versus.

Di-

Destrue rem captam primo per rem satis aptam,
Leniter extractam, sic massam contere factam.

Esto autem longanimis in regimine, vas firmiter claude: noli festinare, nec ab opere cessare, quia nulla fit generatio, & corruptio eorum, nisi per motum continuum, aerem exclusum, & calorẽ temperatum: Et huius exemplum est virtus mulierum, quæ cum conceperint, immediatè clauditur matrix, & caliditate & humiditate sanguinis generatur fœtus, Nunquam tanquam flatus extraneos recipit, nisi cum natus fuerit. Sic itaq; noster lapis in vase iugiter maneat clausus, donec suam biberit humiditatem & calore ignis perfectè nutritus fiat albus. Tunc enim nascitur, nec ipsi nocent aerei flatus. Est ergo summè necessarium continuare operationem, moderare ignem, excludere aerem, & maximè usque ad albedinẽ. Combure ergo æs nostrum leni igne, sicut ovorũ nutrix, donec diruatur corpus eius, & tinctura extrahatur. Non autem extrahitur simul, sed parum & parum egreditur omni die, donec longo compleatur tempore, & quod solvitur semper petit superius, donec residens fit magis. Ignem ideo caveas semper magnum, ne pervenias ad solutionẽ ante tempus necessariũ, quia hoc perducit ad remotionem remotam, privans opus secundùm operationem & motũ. Nam calor intensus compositum interimit, frigiditas fugat. Sed calor lenis nutrit & conservat. Positũ ergo in balneo temperato contere igne, & non manibus; ablue ipsum humiditate suæ

aquæ ut non aduratur virtus eius ignea, nec cō-buratur sua substantia sulphurea. Nam ipsa primo egreditur, cum sit levior separatione, & dignior operatione, quod fit virtute aliorum elementorum. Continua super ipsum balneum ignem temperatum donec in aquam solvatur inpalpabilem, & egrediatur tinctura in colore nigredinis, quod est signum solutionis. Nam calor ignis in humido generat nigredinem primò, & in albo citrinitatem; sicut videtur in plumbo, cum ex eo homines faciunt minium. In humido ergo igne rege ipsum continuè. Noli festinare, nec ab opere cessare, quousque corpus diruatur, & puluis fiat. Nam quod puluis fuerit spiritualis, sursum ascendit, quod verò spissum & grossum in vase remanet deorsum. Ideò nisi omnia in puluerem vertas spiritualem, nondum ea contriuisti. Coque ergo deinceps, quousque conuertantur, & natura pulueris fiant. Et hoc quidem contritio est decoctionis, non manuū, quæ totum habet fieri levi decoctione, humida putrefactione, continua contritione, igne, non manibus. Nam manuum contritione non indigemus. Alkien quidē facit hoc, & per eam perficitur, quia Alkien terra est, certe sicut Alkien in homine idem virtute sua properrima clarificat semper, & dividit. sicut scit, & nutrit. Natura sagax est, & sibi sufficiens in omnibus, quibus indiget. Ex onere suo quidem est, ut convertat terram in aquam, & aquam in terram, secundum compositionem diversam. Primo siquidem

dem conatur aqua ſolvere terram, ut modo ſui ſubtilem habeat naturam. Secundo autem terra coagulabit aquam, ut ſecum ſuſtineat ignem, & hoc eſt ſolutio corporis, & coagulatio ſpiritus leni decoctione ignis 150 diebus. Et fortè apparebit albedo in 70. diebus. Sed primum eſt melius, quoniam ſignificat temperantiam ignis, & bonitatem præparationis. Nihil tamen niſi argentum vivum agit in aurum, eo quod eſt commixtibile, & perforativum. Ipſum autem corpus denigrat, conſumit, & cruciat, eo quod de ſua conſiſtit natura. Quod verò denigrat, eſt quod non fugienti ianuam aperit, & non fugiens cum fugientibus vertit. Crucians tamen non cruciat nocumento nec corruptione, verum coadunatione & utilitate. Si enim ſuus cruciatus eſſet nocuus, nocivus & inconveniens, non amplecteretur ab illo, nec ſuos extraheret colores, quos aquam ſulphuris nuncupamus. Verum quod primo denigrat, clavem operis eſſe diximus, quoniam non fit abſque nigredine. Nam ipſa eſt tinctura quam quærimus, qua in quolibet corpore tingamus: quæ quidem prius fuit occulta in ſuo ære, quemadmodum anima in humano corpore. Ideo niſi æs noſtrum diruatur, imbuatur & teratur, ac parce & diligenter regatur, donec à ſua ſpiſſitudine extrahatur, & in tenuem ſpiritum & inpalpabilem vertatur, in vanum laboratur. Quia niſi corpora vertantur incorporea in corpora nondum operis regu-

la in-

la invenitur. Et illud ideo, quia non possumus istam tenuissimam animam, omnem tincturam in se habentem, à suo extrahere corpore, nisi prius diruatur, & in tenuem spiritum inpalpabilem vertatur, Nec solvitur corpus, partes habens constrictas nisi per ignem & aquam. Sed aqua nostra est ignis corpus comburens magis quàm ignis. Ideo qui parcè ea regit, extrahit ex eo naturam omnem naturam superantem. Esto ergo assiduus operationi in omnibus statibus suis patienter continuando decoctionem, quousque tota egrediatur tinctura super aquam in colorē nigrum. Et cum videris eminere nigredinem illi aquæ in omnibus, scias tunc corpus liquefactū esse. Tunc oportet ignem lenem continuare super ipsum, donec conceperit nebulam, quam peperit tenebrosam. Intentio quippe Philosophorum est, ut corpus iam solutum in pulverem nigrum, suam egrediatur aquam, & fiet tota una aqua. Si vero dicas qualiter fiat pulvis aqua? Scias quod iste pulvis nō nisi aqua aere sulphuris soluta calore ignis, de iure, quod aqua suscipit aquam sicut naturam propriam. Ergo nisi quodlibet vertatur in aquam, nullatenus devenies ad perfectionem, quia non oportet unquā aliquo alio uti in commixtione, contritione, & toto regimine, nisi ista sola aqua permanente. Iterum nota: vis enim eius est spiritualis sanguis, sine quo nihil fit. Convertitur autem in corpus, corpus idem ipsum vertitur in spiritum. Sicut enim ad invicem mixta, & in unum redacta se

invi-

invicem vertunt. Nam corpus incorporat ſpiritum, ſpiritus vero corpus vertit in ſpiritum, prout ſanguis tinctum. Quia omne quod habet ſpiritum, habet & ſanguinem. Quare oportet iſtam nigredinem aquæ ſuæ eminentem igne leni iugiter occupari, donec in ſuam demergatur aquã, fiatque aqua in aquam, id eſt, donec totum fiat una aqua. Cum aqua autem alteri miſcetur, tunc aqua amplectitur aquam, ſic quod non poterũt ſeparari ab invicem. Incipientes autem aquam audientes putant eam eſſe aquam nubis. Sed ſi rationem haberent ſcirent eam aquam eſſe permanentem, quæ tamen abſque corpore ſuo, cũ quo ſoluta eſt, & facta ſunt unum permanens, eſſe non poteſt. Hanc autem aquam Philoſophi dixerunt aquam ſolis, igneum venenum, & bonorum multorum nominum. Ideo oportet nos cum hanc aquam, formam ſulphuream habentem, poſſidemus, aceto noſtro miſcere, ut eius nigredo deleatur. Redde ergo carbonem ſuæ aquæ, ut extinguatur in ea, & rerum conceptio fiat. Conſerva ergo vas, & ligaturam eius, ut ſit potens in conſervatione ſpiritus. Nam aqua quę prius erat in aere, habitabit in terra, & ſic fugere nequibit. Redde ergo eam tunc ad ſuperiora, & per ſuos terminos inepte eam mitte, deinde ſuo corpori priore electo parte eam coniunge, & arte, ubicunque fuerit corpus, congregabuntur & aquilæ, quia aqua conſequitur terram, quemadmodum ferrum magnetem. Nam aqua ſine violentia aſcendit, ſine violentia deſcendit, irro-

irrorare terram, & mundare nigredinem. Versus.

Consurgit nullus unquam sine corpore fructus
In quo dum moritur semen fructum dare fertur.
Sic cibus in stomacho, fomento suscipit intro
Omne merum separat, illud per membra coaptat.
Fermens mutatum, purgatio spondit hiatum,
Menstruis hinc pascit, donec suus exitus assit.

CAPUT VII.

De furno & vasis, qui est nidus Philosophorum.

Spissitudo parietum trium digitorum.

Similis interius spissitudo parietũ sit 31. digitorum.

Fenestra furni sit magis stricta.

ouum nostrum

Latitudo unius palmæ cũ tribus digitis In medio furni unũ solariũ de ferro in quo sint 10. foramina, vel plura.

Latitudo unius cubiti.

Quid

Quid est nidus Philosophicus? Dico quod nidus Philosophicus merito nuncupatur. Modo videamus qualis sit locus liquibiliū generationis. Manifestè percipitur quod mineraliū locus, eo ꝙ in fundo montis est calor æqualitatis, perdurans, cuius natura est semper ascendere, & in ascēdēdo desiccat, & coagulat ubiq; aquā viscosam in ventre, & in venis terræ abscōdita in argētum vivū, & pinguedo ex calefacta terra ubique fluit & currit, & sulphur inde generatur: Et vbicunq; in venis terrę vapor illius sulphuris ex pinguedine terrę, ut dictū est, generati obviat vapori argenti vivi, ut dictū est, ex spissitudine aquæ mineralis, ꝓcreatur ibi per calorē in monte neq; perdurantē generatur longo tēpore secundū diversitatē diversa liquibilia. Et ꝑcipuè est notandum, ꝙ mons mineralis exterius ubiq; est lapideus & est firmiter clausus, ꝙ si calor exire valeret totaliter nunquā liquibilia procrearentur. E. relinquitur, si naturā imitari volumus, ꝙ furnus taliter faciendus est, ut ignis in ipsum positus, cum ascenderit, exitū nō inveniat, & reverberet calor super ovū nostrū in se firmiter clausum. Iam de furni nostri factura, eiusq; debita proportione declaravimus. Scias etiā ꝙ ovum Philosophorū est lapis noster pfectus, habens naturā mineralē, vegetalē & animalē. Lapis mineralis dicitur q̄a de terra colligitur sicut minera, & est mater omniū liquibiliū. Dicitur aūt herbalis vel vegetalis, q̄a ex succis triū herbarū æqualiter simul iunctarū, quarū nomina dicā inferius, postq̄ stetissent

ſent in fimo equino calido per 10. dies, vidi Mercurium emanare eiuſdem coloris & virtutis ſicut mineralis, & hæ ſunt herbæ mercuriales: poſtulata marina, quæ lac facit album, & chelidonia, cuius mercurii ſic emanantis inveni nulla differentia eſt ad album Mercurium. Ergo iſte lapis eſt lapis ex vegetabilibus. Ideo dixerunt Philoſophi lapis noſter invenitur in omni loco, & omni tempore, & pedibus conculcatur. Dicitur autem lapis animalis primo, quia ſeparatis elementis ipſius mercurii, & æquali pondere coniunctis ſine aliquo alio addito in forti vaſe vitreo cum parvo ſpiraculo in fimo equino molli remiſſi caloris collocato, infra tres menſes Philoſophorũ vermes, id eſt, colores horribiles procreantur, quorũ unus aliũ devorabit, donec vnus ſolus vermis remaneat ſimilis bufoni, q' paſcatur modo, & creſcat ad quantitatem bufonis, cuius forma terribilis erit. Et hoc animal per ſe eſt Elixir ſuper Iovẽ & Saturnũ: Ergo lapis iſte animal eſt. Et nota quod ſecundum mineralem fit proiectio eius, & convertitur in liquibilem. Nullus ergo dubitet iſtum mercurium eſſe lapidem, qui ſe ipſum mortificans reſurgit & vivificat, & ſe ipſum in ſolem & lunam cum adiunctione fermenti. In ovo ſunt tria, ſcilicet teſta, albumen & vitellus. Sic in lapide ſunt tria, illis tribus correſpondentia, ſcilicet vas vitreum pro teſta, liquor albus pro albumine, & corpus citrinum pro vitello. Secũda ratio eſt, quia ſicut ex altamine & vitello fit avis, & ſine duobus illis me-

mediante temperato calore matris teſta manē-te integra uſque ad exitum pulli. Sic per omnia ex lapide Philoſophorum. Ex albo namq; liquore, & citrino corpore mediante tēperato colore fit avis Hermetis, manente vaſe clauſo & nunquam aperto, uſque ad completionem perfectã illius. Tertia ratio eſt, quia ſicut ex ovis fit oleũ, quod eſt tinctura citrinitatis, ſic ex lapide Philoſophorum fit oleum, quod eſt tinctura citrinitatis & rubedinis. Et ſicut in mineris calor immediate non tangit materiam ſulphuris & argēti vivi (nam terra montis intereſt ubique) ſic etiã immediate ignis nec calor tãgere debet vas materiam continens prædictorum. Sed in alio vaſe clauſo eſt ponendus, ut circa materiam ſuperius & inferius, & circumquaque ſit melius & apertius, & calor temperatior. Vnde in libro vocato lumen luminum ſic dicitur, quod mercurius noſter in triplici vaſe eſt componendus. Sunt tamen ab illo mercurio philoſophico iuncta ſuperflua deleta in ſperatione, & abſentia ſupple-ta per huius artis iuvamen. Coaptatio vero vaſis noſtri eſt ut ponatur in materia intus contenta ſuper furnum noſtrum in ſcutella mediante, ita quod duæ partes vaſis ſint diſcoopertæ ſuperius & tertia ſit diſcooperta cineribus in ſcutella prædicta, & ſub vaſe ſint cineres ad ſpiſſitudinem duorum digitorum, & vas ſedeat rectè & planè, & in circuitu ſint cineres bene compreſſi. Hoc autem completo accendatur lichnium noſtrum cum igne vulgari, & ponatur in furno ſub ſcu-

tella,& rege ipſum prudenter, & ſic, quod quæris,procul dubio invenies gratiosè.

CAPVT VIII.

De luto philoſophico.

QVid eſt lutum Philoſophicum? Dico quod lutum Philoſophicum dicitur lutum noſt ũ vinculumque Salomonis, & ſigillum Hermetis. Ideo dicit Hermes, ſigillate bene os vaſis ſigillo noſtro, ut reſpirare non poſſit. Spiritus autem promptus eſt ad fugiēdum, quando eſt verberatus. Breviter n.dico tibi, quod cum nulla re poteſt ſigillari vas noſtrum , niſi cum ſolo vitro, quod ſubtile ſecretum Philoſophorum. Nota pro certo, quod tincturam primam Philoſophi appellaverunt plumbum; ſecundam tincturam nigredinem eius adeptam cum decoctione,nũcupaverunt lunam.Tertiam tincturam,quando putreſcit, æs. Quartam tincturam,quando funditur ſuper eam humiditas auri vivi ſublimati, id eſt,deſtillati, vocaverunt putrefactionem,& poſt egreſſionem nigredinis. Apparente colore citrino,vocaverunt aurum.Quintam tincturam nuncupaverunt æs combuſtũ,plumbum rubeũ, & auri florem,ac fermentũ auri. Sextam tincturam vocaverunt ſolem purpureum : Et ſeptimã venenum igneum tinctorium, & quando venenum efficitur candidum marmoreũ: Iam appropinquant tincturæ, & colores,& non permittit eas fugere ab igne. Alabar eſt æs,& eſt opus primum

mum & dicitur magnesia. Et secunda alabar est corpus candidum, quoniam minera, i.e. lapides ex mineris non possunt ingredi in corporib. nec tingere ea; sed tingit ea venenum aereum dissolutivum, ut submersum in corporibus, &c. Cum queritur, quid est spiritus occultatus in sulphure & arsenico in solutione & putrefactione corporũ lapidis Philosophorum? Hoc intelligendum est, si philosophiæ discutias &c. Necesse est, quod duo sunt principalia exordia, quib. utimur, scilicet masculum & fœminã, in quibus etiam quatuor elementa conveniẽtia quodammodo subintelliguntur. Hic masculus, & hæc fœmina cõmuniter lapidem nostrum gignunt. Et quamvis sulphur sit masculus in hoc loco, natura volente formam mulieris suscipit albam eo patitur. Si Philosophorum æs novisti, quod in illo sulphure occultatum est aurum vivum, quod de ære nostro extraximus dealbato; Per arsenicum verò sublimatum intellige filiam sulphuris & uxorem, & viperam, quæ maritum interficit, & in suo ventre recludit, &c.

De omnibus coloribus accidentalibus & veris essentiis exquisitis lapidis materiæ modum agendi istam potes cognoscere. Quot colores, tot nomina. Et alius Philosophus dicit, secundũ diversos colores in opere apparentes diversificantur eius nomina. Vnde in prima lapidis nostri decoctione, quæ putrefactio dicitur, fit lapis noster totus niger. Vnde quidam Philosophus dicit: Cum invenis ipsum nigrum,

ſcias, quod in nigredine illa albedo occultatur, & tunc oportet te illam extrahere ſubtiliſſimè à nigredine eius. Vnde alius dicit; cum invenis ipſum iam nigrum, ſcias hanc nigredinem eſſe clavem operis lapidis noſtri. Poſt verò putrefactionem rubeſcit, non rubedine vera, ſed potius citrineſcit, de quo quidam ait: ſæpius citrineſcit, & ſæpius rubeſcit, & ſæpius liqueſcit, ſæpiuſque coagulatur ante veram albedinē. Vnde & alius dicit: Se ipſum diſſolvit, ſeipſū coagulat, ſeipſum mortificat, & vivificat, ſeipſum denigrat, ſeipſum dealbat, & ſeipſum decorat rubore: Ante albedinem fit viridis. Vnde alius ait: Coque eū, donec natus tibi viridis appareat, quod eſt eius anima. Et alius philoſophus dicit: Scias quidem quod in illa viriditate anima dominatur. Apparet etiam ante albedinem color pavonis. Vnde quidam Philoſophus ſic ait: Scias quod omnes colores, qui hodie in mūdo excogitari poſſunt, apparent ante albedinem veram, ac deinde albedo intenſa ſic ſequitur vera. Vnde quidam ait: Quando purus Lato tantùm decoquitur, quouſque velut oculi piſcium eluceſcat, eius utilitas expectanda eſt. Et ſcias, quod tunc lapis noſter in rotunditate eſt coagulatus. Alius etiam ſic dicit: cum inveneris albedinem in omnibus ſupereminentem in vaſe, eſto ratus, quod in albedine illa rubedo occultatur, & tunc non oportet te illam extrahere, verum coquere, donec rubeum fiat. Quia pro certo finis operis noſtri eſt albi, & principium noſtri operis rubei. Eſt tamen inter albe-

albedinem & rubedinem quoddam cinericium grossei coloris, de quo sic dicitur: post veram albedinem ignem augmentando ad cineritium pervenitur. Et alius dicit. Ne cineritium vilipendas, quia tunc reddit liquefactionem. Et tunc res noster diademate rubeo, nutu Dei, coronabitur. Cum autem lapis rectè alteratur, id est, destillatur, fit corpus eius nigrum, & tenebrosum, ut carbo extinctus. Spiritus autem ablatus est liquidus & albus, velut aqua in colore: Et color animæ est rubeus, anima spiritu corpori suo iterato redditur, vivit & lætatur, quia mortui, cum resurgunt, erunt perpetuo viventes.

CAPUT IX.

De Mercurii & corporis purgatione.

FIli doctrinæ, scias pro certo quod Aconet habet duo superflua, quæ ab ipso sunt necessario removenda. Habet n. terreitatem fęculentam, quod est impedimentum fixionis. Ista duo superflua, per opus sublimationis primi gradus, id est, ordinis penitus sunt deleta. Terram autē fæculētam oportet omninò per huiusmodi sublimationem demere & mundare, ne lividum creet in proiectione colorē & aqueitatem ipsius simili modo fugitivam. Ne autem totam materiam in proiectione faciat fugitivam, oportet mediam illius substantiam salvare, de cuius proprietate est mundare, & ab adustione defendere, ac non fixum fixum facere. Ideoque contin-

git ex ipsius medicinę diversitate secundum eius diversam depurationem, quandoque ex ipsa creari Saturnum, quandoque Iovem, quandoq; Venerem, quandoque Martem, quod ex impuritate necesse est accidere: Ex ista quandoque creatur Sol, quandoque Luna, quod ex puritate necesse est evenire. Ingenium igitur ipsius terreæ substantiæ superfluæ remotionis est ipsum semel vel bis sublimare à victriolo & sale, donec ipsius albissima sumatur substantia. Cum vero albissima ascendit, proiice illum in ferventi aqua, donec redeat in argentum vivum post ab illo aquam, & operare cum eo. Quoniam non est bonum cum ipso operari, nisi prius hoc modo præparetur. Ideo dicit ille: Optimus autem omnium præparationis modus est superflua demere, & absentia supplere. Sic tam integra quam corrupta in proprium revocantur statum, & istud quidem est, ut à rebus siccis sibi à nullo convenientibus valde sublimes Mercurium, quousque cælestinum accepit colorem. Fac ergo primo incipere, quod sublimetur aconet, postea solve eum, ut redeat in suam primævam materiam. Et iterum sublima totum, tunc in isto aconet mundo sublimato & soluto mitte corpora munda, æqua tamen lance librata, Caveas tamen præcipuè in eius mundificatione à privatione virtutis suæ, ne vis eius activa suffocetur in alio. Nam omnium terræ nascentium semina non multiplicantur nec crescunt, si vis generativa eorum per aliquem calorem tollatur


tur extraneum : sic certe nec ista multiplicatur natura si modò non præparetur debito. Idcirco non assumas ipsam materiam nisi mundam, puram, crudam, amenam, currentem, sinceram & rectam : Si verò secus feceris, non proderit quicquam, & eius additamentum melius per fermentatum depuratur. Item si volueris intentionem habere, solvas in eo ligatum. Nam primus gradus suæ præparationis est, ut fiat Mercurius, & hoc non fit donec lunifices per aquæ ductum & caloris motum perpetuum, secundum humanæ generationis modum. Nota bene etiam, quod terreitas Mercurii fœculenta sic potest deleri, sine aliqua sublimatione. Pone de ipso, quantum volueris, in mortario marmoreo, & tantum de sale & medico de aceto, & move fortiter cum pistillo, donec sal denigretur: postea lava cum aqua pura, & clara, & funde totum in panno lineo, gracili, sic quod aqua possit exire, & liquor albus remanere. Deinde munda morsarium, & repone liquorem album cum sale & aceto, move & lava sicut prius. Et sic facta tertia, & ultima vice pone album liquorẽ in panno lineo mundo gracili duplicato vel triplicato, & exprime liquorem album in vas vitreum, vel vitreatum mũdum, & hoc fac pluries, donec mercurius fuerit clarus. & siccus ut speculũ cælestis coloris. Humiditas ipsius fugitiva cõsumitur calore ignis in operatione. Corpus autẽ purgabis per cineritium, vel per ignis adustionẽ vel invenies ipsum purgatum, si fuerit de flore-

 nis,

nis,&postquam habueris ipsum purgatum, verbera tenuissime & divide subtilissime, vel accipe eius limaturum, ab omni re alia mundatam & purgatam, & dissolve super ignẽ cum mercurio, sicut faciunt deauratores, & sic habebis partem lapidis bene mundatam & purgatam. Et scias pro certo quod sublimatio vulgaris nihil aliud est nisi separare partes subtiles à partibus grossis: Et hoc oportet facere cum lento igne. Nam si faceremus separationem cum igne violento, ascenderent partes grossæ cum subtilibus, & sic non esset debita.

FINIS.

DE



DE LAPIDE PHILOSOPHORUM

LIBER ELEGANTISSIMUS, CONSCRIPTUS A IOANNE Saure Monacho Tornayense.

IMMENSAS Deo omnipotenti gratias refero, qui mihi Alchimiæ revelavit arcanum cum experientia, quam illius instigationis bonitate, & mei laboris industria perquisivi, & unum cognovi. Igitur cum in libris Alchimiæ multum laborassem, & semitam rectam in eis sub ignotis verbis occultatam reperissem: tractans apud me ipsum illud verbum Salomonis: Sapiētia abscondita, & thesaurus occultus, quæ utilitas in utrisque? Sciētiam, quam mihi contulit divina misericordia, licet imperitus, & expertus qualicunque stilo prosequi disposui, & quasi in quodam sacello narrationes Philosophorum cum eorum operibus in unum opusculum redigere desudavi. Opus igitur divina gratia componere statui, in quo de meis pauca, & quasi nulla apposui, sed omnia de libris antiquorum Philosophorum excipiens sub brevi compendio summatim compilavi: Et sicut per singulos titulos poterit legentium industria experiri. Sed scio, quod hæc mea impolita dictatio à multis scientia denudatis respuetur,

ac cachinno subsannabitur. Indignabuntur etiam contra me, cur ego Idiota & parum sciens præsumserim sub tantæ obscuritatis arte volumine studere, quibus hoc unum respondeo; quod sicut terra sterili amplius proficit aspersio stercorum, quam alicuius metalli aut lapidis pretiosi: Sed sic non plenè doctis hominibus plus multo proficit ars ista mediocriter probata, quam si philosophico & poetico sermone proferatur.

Etenim, qui dedit, asine, sermones sensatos, ipse mihi indigno huius artis intelligentiam ex parte donare dignatur. Sed iam qualia sunt artis huius principia, qualis progressus quisve finis, diligenter inspiciendum est, & ad vestrorum ædificationem stilo duximus illustrandum. Si qua tamen hic prætermissa fuerint, alij, sciat Lector, operi reservata. Quisquis igitur authoris nomen scire desiderat, literas triginta dictionum, quatuor versuum subsequentium primas attendat, & pro peccatis eius dignetur exorare. Vnde versus.

In obrisis habet azoch, nubit novo Ethelia,
Sic sunt atri, vult Rex æquè medicari.
Os, nec alit candens, Hestra venena spumans,
Tunc odor, opus rubeum nitet, est ycar aliconadus.

Vniversa divinæ bonitatis opera circularia sunt, & perfecta ad ipsum, à quo prodierant sphærice rotata, ab initio ante creationis suæ naturam cunctis præponens quatuor: Ex illis fecit corpora simplicia, ex quibus postea constituit corpora quæque viventia. Mixtorum vero quædam fecit intellectiva, quædam sensitiva, & vegetabilia quædam tantum. Intellectiva quidem cuncta ex raritate

ritate elementorum creavit ad se ipsum: ideoque inquietũ est cor nostrum, donec veniamus ad ipsum, Omnis namq; elementorum raritas ascendit ad ignem, qui est supra stellas. Ideo nos ab illa creati merito sursum tendimus ad Deum tanquam nostrum principium. Sensitiva vero cũcta, & quoq; vegetabilia ex spißitudine elementorum cõposita in specie distinguit diversa unde cum solvuntur per mortem, non immerito revertũtur ad terram & aquam, velut ad suam matrem. Nam spißitudo elementorum naturaliter tendit deorsum ad suum centrum, videlicet terram. Omnium tamen natura constantium certus est terminus magnitudinis & augmenti, ut in sua specie augmentet pium simile, & eorum quædam ex partibus sunt dißimilibus, ut è carne, sanguine, & oßibus, seu è ligno, cortice, & foliis. Quæ autem ex partibus sunt dissimilibus in se suum poßident sementem, unde terræ affixa multiplicantur, & crescunt, ut vina in arbustis. Quæ vero ex partibus sunt consimilibus non multiplicantur, nisi ad suam primam materiam reducantur. Quare dicit Philosophus: Scient artis alchimiæ, &c. Omnium igitur corpora constantium tam perfecta, quam imperfecta à creationis principio ex quatuor principiis composuit, & eæ quatuor naturæ elementa sunt, aer, ignis, terra & aqua, quæ Deus omnipotens coagulavit, commiscuit, ac in pace complantavit. In his namque quatuor elementis arcanum Philosophorum est absconditum, quorum duo, scilicet terra & aqua tantùm vim habent, & aspectum, alia vero duo, scilicet ignis & aer nec videntur, nec tanguntur, nisi in pri ribus elemẽtis. Cum autem ista quatuor iuncta & perfecte mixta fuerint elementa, & à naturis suis alternata & extracta

aliud

aliud fiunt. Vnde constat res universas variabiles per elementa similiter generari, & naturaliter permutari. Vnde dicit Rosarius: Simplex generatio, & naturalis permutatio est elementorum operatio. Sed necessarium est quod elementa sint unius generis non diversi, alias actionem, & passionem non haberent ad invicem: quia, ut dicit Aristoteles, nulla est generatio vera nisi ex convenientibus in natura. Non quaeras ergo in natura, quod in ea non est: quoniam res non fiunt nisi secundum eorum naturam. Nunquam sambucus profert pira, nec rubus mala granata; nunquam colligimus de spinis uvas, aut de tribulis ficus. Non enim afferunt res nisi sibi similia, nec fructificāt nisi fructus suos. Necessarium est igitur medicinam nostrā ex eisdem maxime esse assumendam, in quibus maxime consistit, omittendo salia & alumina & caetera communia, de quibus multi infructuose medicinam elicere conātur: quoniam neq; salia & alumina in nostro magisterio ingrediuntur, sed nominaverunt Philosophi, ut dicit Theophilus, salia & alumina & caetera loco elementorū. Tu vero qui Elixir sapienter & utiliter facere desiderant, cognosce radices minerales faciens ex iis opus tuum, quia, ut dicit Geber, terminum rei in venis terrae invenies. Sulphur namq; & Mercurius, quae sunt radices & principia naturalia, super quae actionem suam fundat natura in mineralibus, & cavernis terrae sunt aqua viscosa & spiritus foetens, currentes per meatus & viscera terrae & ex eis oritur fumus, qui est materia metallorum, per calorem temperatissimum unita ascendens, & super terram propriam reverberans, ut plenius patet in libro Gebri, quousque per temperatam decoctionem in millenis annorum terminis fiat ibidem quaedam fixatio naturalis, & fiat metal-

metallum. Similiter ex auro, quod est sulphur nostrum, reducto in mercurium per mercurium, quod dicitur aqua inspissata & unita cum terra propria per temperatam decoctionem, oritur fumus de venis terræ propriæ, hoc est, de se ipso, qui postea vertitur in aquam subtilißimam, quæ dicitur anima, spiritus & tinctura, ut in sequentibus patebit, & cum illa aqua reducta fuerit in terram, unde exivit, & undiq; venis propriis respersa facit ibi quãdam fixionem, & fit elixir completum. Et sic ars operatur in brevi spacio hominis ingenio, plusquam natura operatur in millenis annorum circulis; Et tamen nos non facimus, sed natura, nec nos mutamus, sed natura; nos autem administratores sumus. Vnde dicit Medus in turba. Quamvis lapis noster in se tincturam naturaliter contineat in terra perfecte creatus, tamen per se motum non habet, ut elementum fiat, nisi moveatur per artem. Mineralia ergo eligamus naturalia & propinqua, iuxta verba Aristotelis lib. metheor. 4. Quoniam natura procreavit omnia corpora metallica de fumo sulphuris, & mercurii, à quo non invenies aliquem Philosophorum discordantem. Expedit igitur ut cognoscas artis principia, & radices principales: quia qui principalia nescit, finem rectum non inveniet. Vnde dicit Geber in principio libri sui. Qui principia naturalia in se ipso ignoraverit, iam multum remotus est ab arte, quia nõ habet veram radicem, super quam actionem suam fundat. Item in alio loco: Oportet quod ars nostra reperiatur ingenio naturali & subtiliter perscrutante principia naturalia, & naturæ fundamenta. Et tamen, quamvis principia sua sciverit, in quo sequi naturam in omnibus non potest, ut dicit idem Geber primo capite cum dicit: Fili charißime, secretum tibi pandimus;

quo-

quoniam in hoc errant artifices, qui naturam in omnibus proprietatibus & differentiis imitari desiderant. His igitur breviter, ut præmittitur, prælibatis, ad artes operis artificiales veniamus. In dubiū revocatur à multis de lapide Philosophorum, qui dicunt quid sit, quomodo, vel de quo fiat, cum à nullo Philosophorū apertè nominetur. In hoc diversa sanxerunt, cum in uno solo consistat veritas. Sed sine dubio, & absque omni errore dicimus, quod hic lapis, qui radix est artis, & arcanum Dei, de quo omnes sapienter tractaverunt, qui multos nudavit, & perenniter infatuaverunt, nihil aliud est quàm masculus, & fœmina, Sol & Luna, calor & frigidum, sulphur & mercurius. Hic siste gradum, desistens alium quære lapidem, & stulte tuam consumere pecuniam, & animo inducere tristitiam. Quod seminaveris hoc & metes. Et quia lapis iste in duas dividitur partes, ut præmittitur, de prima eius parte, hoc est aurum, pauca dicamus, & quod sine illa non fiat opus nostrum, per Philosophorum dicta comprobemus. Dicit enim Aristoteles: De omnibus rebus sæculi magis valet aurum, & est fermentum albi & rubei, sine quo nequaquam peragitur opus. Item dicit Hermes: Non est tinctura vera nisi ex ære nostro, id est auro, quia omne aurum est æs, sed non omne æs est aurum, sicut omne aurum, est sulphur, sed non omne sulphur est aurum, quia in eo est de corruptione sulphuris, imo sulphur purißimum in illo comprobatur verum: Cum in hoc opere fuerit dealbatum, operatur operationem sulphuris albi mercurium congelans, & convertens in aurum obrisum. Utere ergo de membro nobiliori, id est, auro, quia est genus generum, & forma formarum. Nam ipsum est prius, & posterius in metallis, sicut Sol in stellis.

Sed

Sed oportet eligi in illo nobili membro, quod est homogeneum ambobus mundi luminaribus, id est, Soli & Lunæ. Homogeneum est spiritus subtilis occultatus in illo nobili membro, & tectus, sine quo non perficitur opus. Vnde dicit Rasis: non tingit aurum seipsum, donec spiritus occultus extrahatur, fiatque omnino spirituale. Ergo nil opereris, nisi cum eo, quod est verè lucidum, & ex purissimo auro, quod suo lumine omnia luminaria illuminat, & eijcit tenebras noctis sua potentia, hoc est, superfluitates mercurij & aliorum corporum imperfectorum, cum proiectum fuerit super ea. Vnde dicit Geber capitulo de essentia & procreatione Solis. Fulgur eius irradians, & splendens ex sua clarissima & mundissima substantia irradiat & illuminat non solum in die, verum etiam in tenebris. Item Pandulphus in turba: Scitote fratres, quod nullum corpus pretiosius & purius est Sole, quia, dicit, Rubinus habet in effectum omnium lapidum pretiosorum, sicut Sol in se virtutem omnium lapidum ductilium. Nam continet in se omne metallum; tingit ea, & vivificat, cum nobilius sit eorum, quia est Dominus lapidum, & nobilissimus, corporum caput, & illorum optimum. Eius natura æqualis est qualitatis, & in eo quatuor elementales naturæ completæ sunt absq; excrescentia vel diminutione.

In eo namque natura habet tam partes caliditatis, quam frigiditatis, quam siccitatis, quam humiditatis. Non enim corrumpitur ab aere, nec ab aqua, neque terra, neque ignis minuit ipsum, imo ipsum humectat, rectificat & decorat, eo quod eius complexio sit temperata, & natura directa. Ergo melior lapis mercurialium

rialium lapidum est ille, qui magis est coctus, & igni proximus.

Secunda pars lapidis nostri Mercurius dicitur, qui per se à pluribus Philosophis lapis nuncupatur. Vnde quidam sapiens cum de illo loquitur, ait: Hic est lapis non lapis, sine quo natura nil unquam operatur, quia opus recipit, & dirigit, & ex eo omnis color apparet, cui nomen argẽtum vivum est. De eo dicit Rosinus: Opus ex illo potest creari, quod omnem superat naturam: ipsum est amicabile metallis, ac medium coniungẽdi tincturas, quoniam in se recipit, quod est naturæ suæ, alienum vero respuit, quia uniformis est substantia in omnibus suis partibus. Lapis autem iste à Philosophis dicitur mineralis vel naturalis, vegetabilis vel herbalis, animalis vel vitalis, factialis vel artificialis. Mineralis vel naturalis dicitur, quia in mineris generatur & est materia omniũ metallorum, vel quia supra eum fit proiectiõ, & convertitur in metallum. Vegetabilis vel herbalis, quia ex succo trium herbarum, æquali proportione coniunctarum, postquam steterit in igne humido per 24. dies, emanabit & fluet lapis eiusdem coloris & virtutis sicut mineralis. Sunt autem herbæ mercurialis, portulaca marina, quæ lac facit, & chelidonia. Animalis dicitur, vel vitalis, quia ex ipso solo sine aliquo additamento separatis elementis ipsius & æquali pondere iterum mixtis, deinde in vase vitreo cum parvo spiraculo in igne sapientũ collocato infra tres menses vermes procreantur horribiles, quorum unus quisque socium suum devorabit, donec solum remaneat cui si sapienter mercurius apponatur crescit ad quantitatem bufonis, cuius forma terribilis est, & animal per se; Elixir est super saturnum & Iovem &c. vel dicitur lapis animalis,

malis, quia fit de re animata, scilicet homine. In veteribus enim latrinis ex putrefactione stercorum humidorum invenitur, & cum vase vitreo subtiliter ordinato colligitur. Ideo dixerunt Philosophi: Lapis noster invenitur in omni homine, & est de vilissima re, & rarissimi pretij. Vnde dicit Pythagoras. Non lapis hic lapis est animal, quod gignere fas est. Item dicit Vincentius, quod proijcitur in sterquilinio vile est, & eiectum in oculis omnis ignorantis. Item in libro, qui dicitur speculum Alchimiæ: Hic lapis in viis proijcitur; & in sterquiliniis reperitur, qui continet in se quatuor elementa, & illis dominatur. Et etiam iste lapis factitius vel artificialis dicitur, quia hominis ingenio investigatur. Quidam faciunt Mercuriũ de plumbo hoc modo: Plumbum fundunt septies, & qualibet vice ipsum submergunt cum sale armoniaco soluto: Postea accipiunt de isto soluto libras tres, & de sale vitreo libram unam, de borace libram semis, & commiscent totum, & immittunt sub igne sapientum per quadraginta dies naturales, & conficitur mercurius, & non est differentia inter ipsum, & mercurium naturalem, nisi quod non ingreditur in magisterio nostro sicut minerale alis. Ecce, si fueritis ex iis, qui, ut dicit Plato, exierunt de termino animalitatis, sufficit vobis declaratio lapidis Philosophorum.

Cognosce ergo mundum ab immundo, quia nil dat quod non habet. Mundum est unius essentia vacuum alterationibus: immundum est diversum ex partibus contrariis adunatum, facile corruptionis susceptivum. Non ponas ergo in opere tuo rem extraneam aliquam, nec ingrediatur in lapide nostro, quod non sit ortum de eo, nec ex eius parte, nec in toto: Si vero aliquod extraneum sibi

apponatur, statim corrumpitur, nec fiet ex eo, quod quæritur. Corpus enim citrinum purgabis per ignis adustionem, & invenies ipsum purgatum. si fuerit de florenis: & postquam ipsum fuerit bene purgatum, verbera tenuissimè, deinde in laminas parvissimas ipsum facias, seu folia tenuissima, & reserva. Liquor autem albus habet duo superflua, quæ ab ipso sunt necessario removenda, sc. terrestreitatem superfluam fetulentam, quæ est impedimētum fusionis, & humiditatem fugitivam, quæ est impedimentum fixationis. Terrestreitas vero fetulenta sic deletur: Pone ipsum in mortario marmoreo vel ligneo, & tantùm de sale communi mundo & sicco, & modicum de aceto, & move fortiter in circuitu, donec nil, ferè appareat de liquore, & sal bene denigretur. Postea lava totum cum aqua clara, quousq; sal resolvatur in aquam. Tunc effunde aquam illam turbulētam, & appone ad liquorem album de sale, & aceto, ut prius: Iterum lava cum aqua clara, ut prius, & hoc facias pluries, quousq; liquor albus fuerit clarus ut speculum, & cœlestini coloris. Vltima autem vice pone in panno lineo gracili, & duplicato vel triplicato, & exprimebis vel ter in vase vitreo mundo, vel vitreato, quousque fuerit siccus.

Proportio partiū talis est: Viginti quatuor horæ sunt diei naturalis quibus addas unum & fiunt viginti quinq; & hic sapientia est. Dicit autem Geber lib. 2. cap. 4. Nil mergitur in Mercurio nisi Sol, figitur & est tinctura rubedinis exuberantissimæ refectionis, & fulgidè splendens. Idem lib. 4. cap. 8. Studeas in tuis operibus argentum vivū in commixtione superare. Idem dicit Rosarius, corpora esse maioris perfectionis, quæ plus argenti vivi sunt continētia. Rosinus enim dicit, quod sapientes nil celaverunt, nisi

pon-

pondus & quantitates, & hoc possumus scire per hoc, quod nullus concordat cum alio in ponderibus. Ideò est error magnus, quia quamvis medicina bene præparetur, & bene misceatur, nisi quantitates rerum sint iustæ secundum rationem totum amisisti quantum ad veritatem, & finale complementum. Et hoc videmus in examinatione, quando corpus transmutatar, ponitur in cineritio, quia ibi consumetur & destruetur tarde vel cito, secundum quod magis vel minus accedit ad æqualitatem; & si proportiones essent rectè secundum rationem, nunquam corrumperetur. Ideò nullus nisi sapiens hic potest transire, qui omnia facit secundum rationem, & veram subtilitatem, & ingenium naturale. Curlides vir sapientissimus nobis consulit, ut nihil operemur, nisi in Sole & Mercurio qui simul iuncti lapidem Philosophorum constituunt. Vnde dicit Rosinus: Album & rubeum ex una radice procedunt, & nullo alterius generis corpore interveniente pullulant, id est ex Sole. Ipse tamen Sol, absente Mercurio, privatur effectu, quia ex materia & forma fit tantùm generatio vera. Hoc te scire convenit, quod nullus lapis, neque gemma, neq; res aliqua, præter hunc lapidem huic operi convenit, sed indiges, quatenus iterare citrini corporis solutionem labores, redigens illud ad suam primam naturam. Vnde Rosinus: Solvimus sane aurum, ut in suam priorem reducamus naturam, id est, Mercurium. Cum autem circa & unum, quo facto, habent in se omnem tincturam ignem patientem. Quare dicit Rosinus in foribus secretorum: Fac matrimonium inter virum rubicundum, & uxorem candidam, & totum habebis magisterium. Item dicit Merlinus:

Candida si rubeo mulier sit nupta marito,
Mox complectuntur, complexaque concipiuntur,
Per se solvuntur, per se quoque conficiuntur,
Vt duo qui fuerant, unum quasi corpore fiant.

Et certe nostra solutio non est aliud, nisi ut corpus convertatur humidum, & reveletur in ea materia argenti vivi, sine qua salsedines sulphureæ minuuntur. Ideo, nisi æs nostrum diruatur, te atur, ac parve & sapienter regatur, à sua spissitudine extrahatur, & in tenuem spiritum vertatur, in vanum laboras. Vnde in speculo Alchimiæ: primum verbum huius operis est, corporis in aquam reductio, id est, argentum vivum. Et hoc est quod Philosophi vocaverunt solutionem, quæ est totius artis fundamentū, & fac ipsum corpus manifestæ liquefactionis, & occultæ subtiliationis, quæ quidem solutio per contritionem paulatim efficitur.

Quare dicit Rosinus: Dispositio nostri lapidis est, ut ponatur in vase iugiter, & coquatur, quousque totum ascendat solutum.| De hoc dicitur in speculo Philosophorū: Lapis philosophicus ex re vili surgit in pretiosissimum thesaurum, id est, ex spermate, auro, in matrice, mercurio, proiecto per coitum id est, per coniunctionem. Item dicit vere: Cum componitur cum suo simili, & mercurizatur, erit germen purgans. Nam anima spiritus, & tinctura possunt ex tunc ab ipsis per ignem temperatum extrahi. Vnde dicit Aristoteles: Sciant artifices Alchimiæ species vere transmutari non posse, nisi ad priorem reducantur materiam. Item dicit Geber: Ex solo mercurio habet totū fieri; quia cum sol ad suam primam originem per mercurium

rium reducitur, natura naturam propriam amplectitur: Et tunc in ea facilitas extractionis illius substantiæ subtilitatem, cum iam in actu subtilissimam habeat substantiam. Quare dicit Alkides Philosophus: Accipite res de mineris suis, & exaltate eas ad radices suas. Item dicit lumē luminum: nisi quis ruborem cum candore deijciat, malo modo ad ruboris fulgorem perveniet. Item LXX. Rasis: Qui scit convertere Solem in Lunam, scit convertere Lunam in Solem. Vnde dicit Pandulphus in Turba. Qui sapienter venenum ex sole & eius umbra produxit, ad maximum arcanum pervenit. Item, absq; sole, & eius umbra nullum tingens generatur venenum, & qui venenum tingens alio modo conatur facere, non pervenit ad finem, sed errans cecidit in illud, quo tristitia permanet. Nostri lapidis vas est unum, in quo totum compleatur magisterium, & est cucurbita cum alembico subtus & supra rotunda sine scrupulo plana, non nimis alta, cuius fundum rotundum sit ad modum ovi, vel urinalis cum parietibus planis, ut sublimandum per illud ascendat, & descendat liberius, & si vas tantæ quantitatis, ut quartam partem occupet medicina. Et nota quod ex alia materia non valet vas, quam de duplici vitro, quod est corpus lucidum & transparens, & poris carens, & colores in opere apparentes ostendens, per quos, scilicet, poros species successivè trāsiens evanescere posset. Sit etiam ingeniosus bene conveniens, ut nil per eam videre possit: Vnde dicit Lucas Philosophus: Claudatur vas fortiter cum sapientia, ne quid possit exire, vel intrare: quia si flos eius egrediatur, vel alienus humor intraverit, totum opus effectu privabitur. Et quamvis dicatur multoties à Philosophis: pone in vase, & firmiter claude; sufficit tamen semel imponere, &

claudere, quousq; totum compleveris magisterium, quod amplius est, à malo est. Unde dicit Rosinus: Custodias eum sapienter contine clausum rore circũdatum: omnino præcaveas ne flos eius egrediatur in fumum. Item in speculo Alchimiæ: Lapis Philosophorum in vase integer maneat, clausus, donec suam humiditatem bibat, & igne calentiore permanente nutritus fiat albus. Item in libro, qui dicitur Breviloquium: Sicut in ovo naturali sunt tria, scilicet testa, albumen, & vitellus: Sic in lapide Philosophorum sunt tria tribus illis correspondentia, scilicet vas vitreum pro testa, liquor albus pro albumine, & corpus citrinum pro vitello: Et sicut ex vitello & albumine fit avis parvo calore matris, testa manẽte integra, usq; ad exitum pulli. Sic per omnem modum in lapide Philosophorũ ex citrino & albo liquore mediante temperato calore fit avis Hermetis vase permanente nostro clauso & nunquã aperto usq; ad perfectionem illius: Custodi ergo vas diligenter luto Philosophorum sapienter clausum, ne spiritus exeat. Ideo dicit Rosinus: Conserva vas tuum, & ligaturã eius, ut sit potens in conservatione spiritus. Item in alio loco: Vas diligenter claude, noli festinare, nec ab opere cessare. Item, cave ne à vase exeat sua humiditas, & pereat opus. Socrates enim ait: Terite eum aceto acerrimo, & coquite donec inspissetur, & cavete ne acetum vertatur in fumum, & pereat.

Philosophi in suis libris ignem duplicem posuerunt, siccum & humidum. Ignem siccum vocaverunt ignem communem, cuiuscunq; rei combustibilis. Ignem humidum vocaverunt fimum equinum calidum, in quo manente humiditate retinet calorem, & humiditate consumpta desinit esse calor, & non manet eius calor, nisi parva quan-

quantitatis, scilicet per quinque vel sex dies, sed eius calor potest conservari per aspersionem urinæ mixtæ cum sale pluries super eum proiectæ. De istis dicit Phares Philosophus: Ignis ventris equi proprietas est, quod non destruit fœtum, sed augmentat propter suam humiditatem.

Item senior Philosophus: Custodiatur sepulchrum, & sepeliatur mulier cum viro suo in ventre equino, quousque sponte iungantur. Item Alcidenus Philosophus: Est autem abscondere medicinam in equorū humido stercore, quod est sapientum ignis. Est enim ignis istius stercoris humidus & calidus, & obscurus, habens humiditatem intra se, & lumen benedictum. Huic ergo non assimilatur alius in mundo, nisi naturalis ignis corporis humani sani & est secretum littus maris non plene combustum. Sanguis hominis, & sanguis uvæ rubeus est ignis noster: regimen istorum tale est: Medicina ad album poni debet in igne humido usque ad complementum albedinis apparentis in vase. Lentus enim ignis est humiditatis. Vnde dicit Pandulphus Philosophus: Scitote fratres, corpus dissolvitur cum spiritu, cui admixtus est per lentissimam decoctionem, & spirituale fit cum eo. Item Astanus Philosophus. Ignis speciae salutis permittitur. Calor excessivus elementa non æquabit, sed potius humiditatem dissipabit, & destruet omnia. Ideo dicit Rosinus: Sūmopere caveas in sublimatione & liquefactione, ne tantum accendas ignem, ut aqua ad summitatem vasis ascendat, quia si sic, gaudens frigiditate adhærebit ibidem, & sic non poteris elementorum perficere operationem sulphuris, eo quod oportet unumquodq; eorum rotare sphæricè, scilicet Philosophus deprimi & elevari solus temperatus ignis inspissatus, &

mixtionis perfectivus. Ideo dicit Bululphus Philosophus: Ignis lentus, qui ignis candidus à multis nuncupatur, est maxima operatio elementorum. Item Rosinus: Combure as nostrum igne sicut ovorum nutritio, donec diruatur corpus, & tinctura extrahatur. Nam leni decoctione ignis aqua congelatur, & humiditas extrahitur corruptiva, & siccitatis combustio prohibetur. Item, totum beneficium huius operis est in ignis temperie. Ideo ignem semper caveas magnum, ne ante tempus venias ad solutionem: quia hoc perducit ad desperationem. Quare dicit Rosinus: Caveas ignis intensionem, quia si ante tempus accendatur, ante terminum fit rubeum, quod non prodest. Et ut ostenderet quasi certum tempus coquendi dicit: Solutio corporis, & coagulatio spiritus fiunt leni decoctione ignis, & humida putrefactione quadraginta diebus. Audi & Orfeltum dicentem: Scitote quod in initio miscendi oportet vas, elementa cruda, amœna, syncera, & iam recta supra lenem ignem commiscere, & cavete ignis intensionem, quousq; iungantur elementa. Bolellus dicit: Per temperatum calorem corpus fit suave, & conveniens. Constantis esto voluntatis in opere tuo, ne modo hoc, modo illud tentare præsumas, quia in rerum multitudine ars nostra non perficitur. Est enim lapis unus, medicina una, regimen unum, & una dispositio eius. Nam totum magisterium uno modo incipitur, & uno quoque modo finitur. Philosophi tamen multa apposuerunt artificia ad artis suæ venerandæ occultationem, & continuationem ut coquere, commiscere, sublimare, assare, cerare, coagulare, adaquare, putrefacere, dealbare, ac rubificare, quorum tamen unum est, quod est solvere & coagulare tantum, hoc est coquere, nec te tædeat. Ideo dicit Rosinus: Coque sine intermi-

termißione, noli festinare, nec ab opere cessare, nec invenire, intrare sophisticam operis metam, sed soli complemẽto intendas. Item Rosinus: Sanißimum est, ut operi sedulus insistas, ne opus decurtatum dimittas. Item dicit: Esto longanimis in regimine, vas fortiter claude, noli cessare: quia nulla fit generatio rerum, nisi per motum continuum, & aeris exclusionem, & calorem temperatum. Studeas cum in opere fueris, omnia signa, quæ in qualibet decoctione apparent, mente recondere, quia necessaria sunt artifici ad totius operis complementum. Est enim summe necessarium, opus continuare, maxime usq; ad albedinem. Quare liquet, quod si compositum alit.r, quam oportet regatur statim extinguitur. Rosinus enim dicit: Dispositio nostri lapidis una est, & est ut ponatur in suo vase, iugiterq; coquatur, quousq; totum ascendat solutum, ut dicit Hermes, coque, coque, & iterum coque, & ne te tædeat. Omnibus igitur dispositis, ut prædictum est, ponatur vas cum medicina in igne humido, ita ut medietas extra, ad hoc ut omni die possit intueri, & infra quadraginta dies apparebit superficies medicinæ nigra, ut pix liquida, & hoc signum, quod citrinum vere conversum sit in Mercurium. Bonellus: videntes nigredinem illius apparere, scitote iam illud corpus liquefactum esse, & hoc est sane quod dicit Rosinus: Dispositio nostri lapidis una est, ut supra. Item alio loco: continua super eum balneum temperatum donec in aquam inpalpabilem solvatur, & tota egrediatur tinctura in colore nigredinis, quod est signum solutionis. Item Lucas Philosophus: Cum videris, inquit, nigredinem illius aquæ in omnibus imminere, scias tunc corpus liquefactum esse. Istam denigrationem vocaverunt Philosophi primam coniunctionem: quia tunc coniunctus est

L 5 mascu-

masculus fœmina, & est signum perfectæ mixtionis. Non tamen extrahitur tota tinctura simul, sed parum & parum egreditur, donec in longo tempore compleatur, & quod solvitur, semper petet superius, licet residens sit maius, unde scilicet intus quod sit spirituale in vase sursum ascendit, quod vero spissum & grossum est, in vase remanet deorsum. ista vero nigredo multis nominibus vocatur, ut anima, ignis, nubes, caput corvi, carbo, oleum, tinctura rubedinis, umbra solis æs nigrum, aqua sulphuris & pluribus aliis nominibus: Et illa nigredo coniungit spiritum cum corpore. Quare dixit Rosinus: Continuato ignis regimine in quadraginta dierum numero fiet utrunque aqua permanens coopertum nigredine; quæ quidem nigredo, si debitè regatur, non permanebit, nisi quadraginta diebus. De colore etiam nigredinis dicit Plato: Quamdiu apparuerit nigredo, obscura dominatur fœmina, quod ipsa, quæ etiam est prior vis nostri lapidis: quia nisi fuerit nigrum, non fiet album neque rubeum. Item primo in opere nostro omnia denigrantur. secundo dealbantur, tertio per maiorem intensionem, compositionem oportet incinerari. Vnde scribitur in libro qui multifariè dicitur Cv. Cv. in prima, quod putrefactio appellatur, fit lapis noster totus niger, i. e. terra nigra per extractionem suæ humiditatis, in qua nigredine albedo occultatur, & cũ reversa fuerit illa humiditas super suã nigredinẽ, & per lenẽ assationẽ fixa fuerit cũ terra sua, fit alba, in qua albedine occultatur rubedo: Et cum decocta fuerit cum augmẽtatione ignis vertitur terra sua in rubedinẽ, ut postea docebitur. Nũc procedamus. Redeamus ad lapidẽ nigrũ in suo vase iugiter clausum. Stet igitur vas continuè in igne humido, quousq; appareat color

albus

albus ad modũ albißimi salis, & in colore, secundũ Philosophos, vocatur arsenicum, & sal ammoniacum, sine quo, secundum ipsos, nihil sit utile in opere nostro. Albedine autem intensa apparẽte perfecta fit coniunctio, & copulatio indissolubilis partiũ lapidum, & tunc cõpletur dictũ Hermetis, dicẽtis ꝙ est superius, est sicut quod est inferius, & è contra, ad perpetranda miracula unius. Phiares autẽ ait: Videns albedinẽ supervenientem in vase, certus esto quod rubedo in illa albedine occultata est. Sed antequam albũ sit, multi colores apparebunt. Ideo dicit Diomedes: Coque masculum & vaporem quousq; utrunq; coaguletur in siccum. Quia, nisi fuerit siccũ, colores diversi minimè apparebunt, eo quod semper nigrum cum humido dominatur. Cum autẽ inceperit siccum ascendere, tunc diversos emittit colores. Multis siquidẽ modis vicibusq; diversis movebitur de colore in colorẽ, donec ad suam deveniat albedinẽ. Item Zinon: Omnes mundi colores in eo apparebunt, quando denigrata humiditas fuerit desiccata, sed de illis colorib. non cures, quia nõ sunt veri colores. Nã pluries citrinescit, pluries desiccabitur, & liquescit ante albedinem. Spiritus tamen non figũtur cum corpore, nisi cum albo colore. Astanus n. dicit: Inter nigredinem & albedinẽ omnes apparebũt colores, quot excogitari possunt. pp quorum diversitatẽ diversa nomina, & quasi innumerabilia Philosophi posuerũt. Quidam: pp invidiam, causa operationis diversorũ colorũ in Medicina est paulatina distentio illius nigredinis: Cũ omnis nigredo & albedo sint colores extremi, & oẽs alij colores medij. Ideo quotiescunq; aliquis gradus illius nigredinis descẽdit, toties alius color, & alius apparet, quousq; ad aliud extremũ, sc. albedinẽ perveniatur. Propter v. ascẽsũ & descẽsũ in medicina dicit Hermes Philoso-

losophus: Ascendit à terra in cœlum, & iterum descendit de cœlo in terram, & recipiet vim superiorem & inferiorem. Et nota, quod si inter nigredinem & albedinem appareat color rubeus, vel citrinus, non cures de illis: non enim permanentes sunt, sed labiles, quia non potest fieri rubedo permanens, & perfecta, nisi fuerit prius albedo. Vnde dicit Rosinus: Nemo potest à primo ad tertium pervenire, nisi per secundum; qua in re patet, quod albedo semper expectanda est, cum ipsa sit totius operis complementum, nec variabitur in verum colorem nisi rubeum.

Iam autem didicisti album facere, nunc rubeum oportebit. Non enim differunt inter se materia alba, & materia rubea in essentia ulla, nisi in hoc, quod medicina rubea maiori indiget subtilitate, longiori digestione, & calidiori igne in suo regimine; Et illud ideo, quia, quod finis est operationis albi, principium est operationis rubei, & quod completum est in uno, inceptum est in altero. Ideo, nisi medicinam hanc primo dealbaveris, verum rubeũ facere nequibis. Sed nunc qualiter fiat breviter dicamus.

Medicina ad rubeum primo poni debet in igne nostro humido, quousq; appareat color albus, ut prædictum est; præterea extrahatur vas ab igne humido, & ponatur in olla terrea cineribus cribratis & aqua madefacta semiplena, ut sit vas vitreum cum medicina in cineribus usq; ad medium, & subtus ollam terream ignis lentus, temperatus & continuus, maior tamen est calor istius ignis sicci in duplo ad minus, quàm calor ignis humidi. Et per beneficium huius caloris recipit medicina alba tincturam rubedinis. Errare siquidem non potes, si ignem siccum continuave-

nuaveris. Vnde Rosinus: Igne sicco, & calcinatione sicca decoque, donec fiat ut cinabrium, cui de cætero non imponas aquam, nec oleum, nec acetum, nec rem aliquam usq; ad complementum decoquatur rubeum. Et certè quanto magis fit rubeum, tāto magis valet: & quod magis est coctum, magis est rubeum: Ergo quanto magis est rubeum, magis est pretiosum. Et ideo igne sicco ipsum cōbure absque timore. Vnde Eximenus Philosophus dicit: Camino rubeo album coque usque purpureo vestiatur decore, noli cessare, quamvis rubor aliquantulum tardaverit apparere. Nam igne augmentato, ut dixi, post album ex primis coloribus habebis rubeum, medium tamen inter illos colores apparebit citrinum, sed color eius non est stabilis, quia post illum non multum moratur rubeum perfectum apparere, quo adveniente certus esto opus tuum esse completum. Dicit enim Hermes, inter album & rubeum tantum unus color apparebit, scilicet citrinus, sed variatur secundum magis & minus. Item dicit Maria: Cum habueris album verum, deinde citrinum fallax postmodo rubeum perfectum, tunc habebis gloriam claritatis totius mundi.

Multiplicatur medicina nostra, id est elixir, dupliciter. Solutione & fermentatione. Solutione duobus modis, scilicet per solutionem caliditatis, vel solutione raritatis. Solutione caliditatis, ut accipias medicinā in vase vitreo positam, & eam sepelias in igne humido nostro septem diebus, vel amplius, donec medicina solvatur in aquam sine turbulentia. Solutio raritatis est, ut suspendas vas vitreum cum medicina in olla ænea, cuius orificium sit strictum, in qua bulliat aqua, & orificium vasis sit clausum, ut ex vapore aquæ bullientis ascendente solvatur me-

dicina

dicina. Sed nota quod aqua illa bulliens non tangat vas vitreum cum medicina per ſpatium trium digitorum: Et hæc ſolutio fit forte una die, vel viginti & tribus. Medicina auferatur ab igne ad refrigerādum, fixandum, congelandum, indurandum, vel deſiccandum. Et ſic ſolvatur pluries, quia quanto plus reſoluta fuerit, tanto perfectior erit. Vnde Bonellus: Cum res comburitur, & iteratio multoties fit melius quàm ſint, & talis ſolutio eſt medicinæ ſubtiliatio, & eius virtualis ſubtiliatio. Vnde quoties fuerit ſubtiliata, toties maiorem virtutem ſuſcipiet, & tincturam intenſiorem, & abundantius tingit, & melius proſicit, & plura convertit, unde in quarta ſolutione tantam virtutem recipiet, & tincturam, quod una pars valebit ſupra mille mercurij mundati, ut convertat illum in ſolem vel lunam melius quàm de terra productum. Vnde dicit Roſinus, non dependet bonitas multiplicationis niſi ex multiplicata reiteratione ſublimationis & fixationis medicinæ perfectæ: quia quanto magis huius complementi ordo reiteratur, tanto illius exuberantia magis augmentatur.

Nam quoties magis ſolutionem ſublimaveris perfectam, & ſolveris, toties lucraberis omni vice ad proijciendum, id eſt, ſuper mille, ut ſi primo ceciderit ſuper mille, ſecundo cadet ſuper decem millia, tertio ſuper centum millia, quarto ſuper millena millia, quinto ſuper infinitum. Dicit enim Merodus: Scitote pro certo, quod quanto plus ſolvitur lapis noſter, & coagulatur, tanto plus ſpiritus & anima coniunguntur, & retinentur ab ipſo, & ab hoc qualibet vice tinctura multiplicatur.

Item

Item alio modo multiplicatur medicina per fermentum, & est fermentum ad album pura Luna, & fermentum ad rubeum Sol purius. Proijciatur igitur una pars medicinæ super viginti vel quadraginta fermenti, & totum erit medicina, & ponatur super ignem in vase vitreo, & claudatur sic, quod aer non intret, nec exeat, & solvatur, & subtilietur quoties volueris, sicut fecisti de prima medicina, & tantam virtutem recipiet una pars medicinæ, quantam habuit una pars primæ. Vnde dicit Rosinus: Iam nostram complevimus medicinam in calido & humido, sicuti & habuit temperatum, unde quicquid ei apponitur, erit eiusdem complexionis, cui apponitur.

Coniunge ergo ipsum ut generet sibi simile: nec tamen coniungas cum quovis alio ut convertatur ad se, nisi cũ eo, de quo fuit in principio suæ solutionis, hoc est desponsare, & coniungere illam terram revivificatam, & per suam animam revivificatam per mixtionem sui primi corporis unde oriebatur. Item in libro, qui dicitur gemma salutaris: opus album fermento indiget albo, quoque cum dealbatum est, fermentum album est, ut cum rubificetur, est fermentum rubedinis: Et sicut est illa terra fermentum fermenti, quia cum coniungitur Lunæ totum erit Medicina ad proijciendum super Mercurium, & super unumquodque corpus metallicum imperfectum ad Lunam; & cum rubea coniungitur soli, & erit medicina ad proijciendum super Mercurium & super Lunam ad Solem. Nam anima, spiritus & tinctura possunt ex tunc ab ipsis igne temperato extrahi. Vnde dicit Rosinus: Sciant artifices alchimiæ, species verè transmutari non posse, nisi ad priorem reducantur ma-

materiam. Item dicit Geber: Ex Solo Mercurio habet totum fieri. Quia cum Sol ad suam primam originem reducitur, natura naturam propriam amplectitur, & est in ea facilitas extractionis illius substãtiæ subtilis, cum iam in actu subtilißimam hanc substantiam habes. Item, absque Sole & eius umbra nullum tingens generatur venenum.

Et qui venenum tingens alio modo conatur facere, iam errans cecidit in illud, quo eius tristitia permanet. Item dicit Aristoteles 25. cap. de lapidibus: Ad solutionem pone solutionem, & solutioni desiccationem, & pones totum ad ignem. Custodi fumum præcaveas, ne fugiat aliquid ex illo, morare prope vas, & intuere, mira quomodo movebitur de colore in colorem, in minus quàm una hora diei, quousq; perveniat ad metam albedinis, vel rubedinis, quoniam citißimè liquefiet in igne, & congelabitur in aere, quia fumus, cum senserit ignem, penetrabit in corpus, & spiritus constringetur in siccum, eritq; unum corpus fixum, clarum, album vel rubeum. Tunc divide ignem, permittens refrigerari, quia unum istius super mille cuiuscunque corporis, convertens illud in Solem optimum, vel Lunam, secundum quod Elixir fuerit præparatum.

Quare liquet, quod, qui Mercurium vivum non coagulat ignem patiens, & Mercurio merè non coniungit, nullam viam exigit ad album: Et qui Mercurium vivum non constituit rubeum omnem, & sustinens ignem, & auro mero non coniungit, nullam viam exigit ad rubeũ. Sic enim per solutionem & fermentationem poterit medicina multiplicari in infinitũ. Et nota quod Elixir citissimam dat fusionem, ut cera, unde dicitur omne datum opti-

optimum: Tamen elixir bene præparatum debet liquefieri super laminam candentem, vel carbonem, & sicut cera liquescit. Quod facis in albo, facias & in rubeo, quia una & eadem est amborum operatio, tam in multiplicatione, quàm in proiectione, testante Gebro Philosopho lib.5.cap.21. Tres sunt ordines medicinarum: primi ordinis medicinæ est, quod super imperfecta corpora proiectá corruptionem illorum non tollit, nec imperfectionem tingit illa, sed tinctura in examinatione recedet. Secundi ordinis medicina proiecta super imperfecta corpora tingit illa in examinatione debita tinctura, sed non omnis corruptio corporum per talem medicinam omnino tollitur. Tertij ordinis medicina est, quæ proiecta super corpora imperfecta omnem corruptionem illorum tollit, & de minera corrupta in mineram incorruptam reducit.

Sed relictis duobus primis, de proiectione huius medicinæ tertiæ breviter aliquid dicamus. Proiecta autem medicina perfecta super mille vel super plura, secundum quod medicina fuerit soluta & subtiliata. Sed quia, si tam parvum proijceretur super tam multum, propter sui parvitatem suppederetur, antequam virtus sua perficeretur.

Ideò Philosophi proiectionem suam fecerunt diverso modo, sed melior est iste: Proijciatur una pars supra centum mercurij præparati, & totum erit medicina, & vocatur medicina secunda. Et qualibet pars secundæ proijciatur super centum mercurij mundati, & totum erit medicina, & vocatur medicina tertia, & fient decem millia. Item qualibet pars illius medicinæ tertiæ proijciatur super centum Mercurij præparati &



DE LAPIDE PHILOSOPHICO

LIBER PRÆSTANTISSIMVS, AB ANONIMO olim Philoſopho conſcriptus.

HERMES Pater omnium Philoſophorum: Verum, ſine mendacio certum, certiſſimum. Quod eſt ſuperius, eſt ſicut quod eſt inferius, & quod eſt inferius eſt ſicut quod eſt ſuperius ad perpetranda miracula huius rei. Sicut res omnes fuerunt natę ab una re mediante unius, ſic fuerunt res omnes natę ab hac re una operatione. Pater eius eſt Sol, Mater eius Luna. Portavit eum ventus in ventre ſuo. Nutrix eius eſt terra. Pater omnis Thalaſim totius mundi. Sua virtus eſt integra, ſi verſa fuerit in terra. Separabis terram ab igne, ſubtile, à ſpiſſo, ſuaviter cum magno ingenio. Aſcendit à terra in cœlum, & iterum deſcendit à cœlo in terram, & ſic recipiet vim ſuperiorem & inferiorem elementorum. Et ſic habebis gloriam claritatis totius mundi, & fugiet à te omnis obſcuri-

ſcuritas, & omnem rem ſolidam penetrabit, & vocatur vermis quatuor habens partes totius mundi.

Verſus.

Nam ſub umbra ſua latet ſubſtantia quinta
Eſt in Mercurio quicquid quærunt ſapientes.
Spiritus, hinc anima, corpus, tinctura trahuntur.
Hæc occultantur, ne ſtultis diſtribuantur.

Corpora debent fieri incorporea, & incorporea corpora. Quia principium, corpus fit aqua, i. e. Mercurius, deinde in coniunctione ſpiritus cũ aqua fit corpus. Et hoc eſt, quod dicunt Philoſophi: converte naturas & quod quæris invenies. VndePhiloſophi: Qui naturas rerum ſeratas velit reſerare, addatur caput caudæ, ſic tu poteris invenire, quia de groſſo fit gracile, & ſubtile de ſpiſſo, id eſt, de corpore aqua, & de liquido ſiccum, id eſt, de aqua terram, ſcilicet de ſpirituali corporale, & de corporali ſpirituale, id eſt, vera cõverſio naturarum, ſicut dicitur, quod lapis ſit ex una re: quia tota noſtra ſcientia & magiſteriũ fit ex aqua noſtra, id eſt, ex ære noſtro. Nam corpora ſolvit ſolutione Philoſophorum vera: quia cõvertit ea in aquam, ex qua fuerunt ab initio, & ipſa corpora eadem aqua calcinantur, ut in terram convertatur, & reducatur. Eadem etiam corpora in cinerem transformantur, & ea incinerat, & dealbat & mundificat, iuxta verbum Morieni. Nam ſolutio Philoſopho, non eſt corporis in aquam nubis reſolutio, ſed in aquam converſio, ex qua corpora fuerunt ab initio. Sic

etiam sublimatio non est superius ascensio, seu ascendere, sed de bassa alteram facere naturam: Sicut ille homo est sublimatus, id est, in dignitatem positus: Sic etiam dicũtur corpora sublimata, i.e. in alteram naturam conve sa. Sic sublimare, i.e. subtiliare, & dignius facere. Quod totũ facit nostra aqua benedicta, & eadẽ mortificat, & vivificat, & apparere facit nigros colores in mortificatione, dum in terram convertit, & postmodum apparebũt colores multi & varii ante dealbationem, quorum omnium finis est albedo: Et colores sunt infiniti in missione corporis præparati cum fermento, & nulla fit tinctura vera nisi ex ære nostro. Et sic imponũt ipsi multa nomina, & tunc est nisi res una, quæ est aqua nostra. Morienus Philosophus dicit, quod perfectio nostri lapidis assimilatur ordini hominis creationi. Nã primo fit coitus, secundo conceptio, tertio imprægnatio, quarto ortus, & quinto sequitur nutritio, seu nutrimentum. Hoc faciam te intelligere: Sperma nostrum est Mercurius cum quo coniungitur terra, corpori perfecto, quæ terra dicitur Mater omnium metallorum, & tunc appellatur. Cum vero terra incipit corpus retinere aliqualiter, tunc dicitur conceptio, & agit masculus in fœminã. Et hoc est, quod Philosophi dixerunt: Magisterium nostrum non est nisi masculus & fœmina, & ipsorum coniunctio aquæ dominante, id est, argenti vivi, & terra, aqua crescit & multiplicatur, & augmentatur. Et quando terra dealbatur, tunc imprægnatio di-

citur: quia iam est impraegnata terra, & fermentum coniungitur cum corpore perfecto modo praeparato, ut dictum est, quousque unum fiant in colore, & aspectu, & tunc dicitur ortus, & tũc natus est lapis noster, qui à Philosophis Rex nominatur. Honorate, inquiunt, Regem nostrum, ab igne venientem, diademate coronatũ, & nutrite ipsum donec ad ætatem perveniat perfectam, cuius pater est Sol, pro corpore perfecto, mater eius Luna pro corpore imperfecto. Vltimo sequitur nutritio, seu nutrimentum. Nutritur enim lacte suo, quousq; augmentatur augmentatione magna, id est, cum Mercurio imbibatur, & sufficiat. Et hoc dictum est à Philosophis, qui dicunt, quod qui semel operatus fuerit materiam perfectam, amplius non indiget operari.

Hæc autem extracta sunt è quodam libro, qui incipit, O venerande Pater, vel Lilium intelligentiæ, scilicet spiritus Domini ferebatur super aquas. Solo odore calcinatur Sol. Cum separamus aquam ab aere & ignem à terra cum elementorum stipulatione, tunc directè & utiliter separasti. Ignis fermentum est de mineralibus: Aqua est anima eius, Mercurius oleum eius, & vegetabilitas: Eius reiteratur sublimatio super terram, donec sit ut oleum. Combure terram rectificando aquam & ignem: In pondere & igne est totum secretum. Acetum nostrum habet maiorem virtutem in dissolvendo corpora, quàm Mercurius vulgi. Acetum penetrat & dissolvit, & pu-

& putrefacit, & per illud mundificamus fermẽtum, & per hoc virtus mineralis multiplicatur, & si proiiciatur multoties super fermentum, vel super corpus, cõvertit ipsum in pulverem calcinatum. Oleum est cibus quo lapis nutritur, saturatur, & multiplicatur: Et quanto magis procedis rectificando fermentum cum oleo & aceto, tanto plus recipis illa maioris actionis & virtutis. In principio tuæ sublimationis vix de Solis partib. remãserunt fœces. Nulla fit tinctura vera nisi ex ære nostro, id est, Mercurio. Æs nostrum ex tribus est compositum, scilicet, corpore, anima & spiritu. Signum bonitatis primæ decoctionis est sui roboris extractio, & in nigredinem conversio. Oportet quod corpus flamma ignis dirimatur & debile fiat in aqua. Cave ab igne nimio, cum sit inimicus & contrarius frigori. Nam primus humor est frigidus, & in illo caveatur ignis excessus, quousque elementa coniungantur, & se invicem complectantur. Ignis siccus est tingens: Aer confirmans, & mancipans: Aqua dealbans, & nigredinem à corporibus removẽs: Terra quoque stans, & tincturam recipiens. Argentum vivum est ignis corpora comburens & mortificans, vivificans & tingens. Corpus non potest tingere, nisi tingatur, & nisi spiritus in ventre eius occultatus extrahatur, & fiat corpus & anima absque spiritu qui est spiritualis naturę. Lapis vegetalis, mineralis & animalis de uno procedunt, & in unum vertuntur per secretum ingenii. Ista res est in animata re, eo quod, sicut

quærenda. Respicite latentem spiritum, & no eum vilipendere, eo quod cum eo permanet mag. arcanũ multifariè. Nisi esset fermentũ, non coagularetur aqua massæ, & sic dicunt, radicẽ operis esse terrã & aquã; cum in terra sit fermentũ, & infra aquã terra. O admirabilis natura aceti acerrimi, quod facit aurũ esse merũ spiritum, & in eo continetur essẽtia omniũ septẽ metallorũ. Hic lapis, quẽ quærimus, palam venditur minimo pretio. Si n. agnovissent, non vili pretio, ut faciunt venderent. Et quãvis noster sit vilis, tñ est in eo pretiosissimum, sc. spiritus tingẽs, qui in corpore eius occultus & abscõsus est, & invisibilis, quemadmodũ anima in humano corpore. Non est n. pretiosum absq; vili, neq; vile absq; pretioso: Et ille lapis teritur sua aqua, donec totũ bibat illum humorẽ. Et si vulgus hoc vilissimũ sciret, mẽdaciũ putaret, & si eius vim sciret nõ vili pẽderet; & ideo Philosophi nunq̃ suo ꝓprio nomine vocãt, nisi ꝑ figuras, vel ꝓprietates, vel accidẽtes. Nã anima, corpus & spiritus simul sunt, & una res est, in se habẽs omnia cui nil additur, vel extraneum introducitur. Vna re, & una via, & una dispositione totũ terminatur magisteriũ. Nã vel Philosophi testãtur, quod eã habeãt tã pauperes quàm divites: de quo audivi Philosophum dicentẽ: Scitote quod huius artis fundamentum, propter quod multi perierũt, unum quid est, quod est tincturis fortius, & sublimius apud philosophos, apud verò insipiẽtes est omnib. rebus vilius, quod nos Philosophi veneramur. Heu vobis insipientib. qui ignoraveritis huius artis principium, pro qua

in prima parte operis,& albũ vertatur in rubeum non occultum in secunda parte operis. Ipsa n. aqua est, per q̃ corpus vertitur in spiritũ & sine illa non potestis animã tenuissimã,& tingentem extrahere, q̃ in ventre eius occultata est, nisi corpus diruatur, donec moriatur, & ex eo anima sua extrahatur, q̃ est spiritus tingens,& nequaquam eo corpore tingere nõ potestis, quia corpus nõ tingit, nisi tingatur. Raymundus c.67.codicilli: Sicut n. argentũ vivum vincente sua proprietate attrahit ad se contraria operatione, sulphur videl. corporis devictum p conversionẽ illius in argẽtum vivum: ita cõtraria operatione sulphur proprietate sua habet devincere argentũ vivum,& cõvertere p reductionem illius in seipsum. Raymundus 39. Ablutio n. aquæ fit destillando eam septies per se, sine aliquo additamento, vice post vicẽ, interposita inhumatione fimi. Destilla ergo eã septies per Y. i.e. mixtionem,& erit optimè à suis feculentiis denudata. Hæc autẽ est aqua vitæ, lac virginis, sanguis teincrudatus, mẽstruum dealbatum, nutrimentum infantis, cibus cordis, aqua narium, venenũ viventium, cibus mortuorum, argentum vivum Philosophorum à sua feculẽtia terrea sublimatione deportatum, secundum principale principium materiale secundi generis in magisterio nostro ad creandum lapidem confortativum Latonis, vel aeris qui dicitur terra,& secundi generis principium materiale, primum & caput draconis solutivum,& medium tincturarum, coniunctionem faciens, vel

ma-

matrimonium inter corpus & spiritum. Vnde inquit Paganus: Qui argentum vivum intelligit taliter à corporibus extractum, & noverit cõmiscere & corporib. amicari, sciet unum de secretis naturæ maximum, & viam perfectionis principalem. Cum autem dicat; qui noverit cõmiscere corporibus ipsum, quasi dicat, quod nullus sine cõiunctione huius magisterii, &c. Ex quo patet, quod argentum vivum nostrum non est argentũ vivum vulgi, nec ꝑparatum sublimatione vulgari, sed potius ex una lutosa substantia ꝓcreatũ, & vili, una sola via, supple nostro magisterio naturali. Veruntamẽ nõ putes ex isto solo argento vivo elicere lapidem ꝑ aliquod magisterium, quia per se nunquã ad ultimam ꝑfectionem deveniet. Vnde idẽ Paganus: Et nos similiter testamur nostris experimentis manifesto, ꝙ cum mixto, i. e. cum corpore, vel eius terra sulphurea ꝑficitur, & sine illa magisterium protelatur usq; ad desperationem; & ideo studeas vincere Mercurium in cõmixtione. Vnde Hermes, tãquam principalis invẽtor in isto magisterio clara veritate suis posteris & successorib. revelando fideliter declaravit cõmẽdare, cum apertè dixit: nutrix eius terra est. Nam cum eo constet in illa esse realiter lapidis virtutem integram non integrabitur, nisi argẽtum vivum deductum fuerit in eadem, & ideo subiungit, cum ascendit à terra in cælum & iterũ descendit de cælo in terram, & recipit vim & virtutem superiorem & inferiorem, sc. virtutem integram cum versum fuerit in terram suam.

Aliĩ

Tunc enim argentum vivum incipit converti vel mutari, quod idem eſt, & in prima mutatione debent expectare colores principales, ſcilicet nigredinem, quando videlicet humidum incipit retinere, & terminari.

Poſt vero albedinem, quæ provenit ex parte ſiccitatis illius nigri ſecum terminati, nec fixati, quod eſt in materia humoris. Et ideo debes expectare decoctiones lentas, ne nigredo pereat, quouſq; fiat prolixa decoctione, cuius ſignum eſt, cum videbis albedinem lucentem & radiantem. Alioquin, ſi multum facies ignem, maximè in principio mixtionis eius, eveniet corruptio in tinctura, quam pariet, nigrum & album fiet compoſitum. Eius ſignum erit cum rubedinem ſolis videbis apparere. Obſerva ergo diligenter ne opus rubeat ante nigredinem, & pereat per combuſtionem tinctura. Si autem hoc eveniat, quod abſit, mox recurre ad corrigendum vel reparandum errorem tuum & tuam ignorantiam decoquendo ſimul omnia in aqua alba proportione cum ſtricta, ſcilicet per modum reductionis continuando ſic, ſicut in primo, donec verſa fuerit in nigredinem.

Per hunc modũ ſimiliter facies, ſi rubuerit ante albedinem, propter hoc dico, adviſando artificem, cum fuerit in reductione ſua, & maximè in principio illius non negligere inhumationis decoctionem, quoniam ipſa eſt quæ tollit combuſtionem, & perditam humiditatem reſtaurat. Studeat artifex providus, cum in opere reductio-

ctionis fuerit, quæcunque signa, quæ in qualibet decoctione apparent, & rememorando de coloribus principalibus, quæ sunt signa demonstrantia, & illa in mente sua recondat, & eorum causas inuestigare, & intelligat vt suum noscat regulare intellectum per signa, quæ natura ipsi demonstrat ad faciendum, & continuandum decoctiones secundum proprios motus, quos natura requirit. Notandum, quod virtutes mediorum artis, quæ sunt fermentare ratione acetositatis debes operari ad virtutes mediorum naturæ. Media vero naturæ sunt omnia atramẽta, & sales, & alumina. Sed media artis sunt acetum destillatum, vel Azoth, & olea, & lapides. Acetum tamen tenet naturam medii inter coctum & crudum. Et ideo maiorem habet, virtutem in dissolvendo corpora, quam mercurius vulgi, eo quod in dicto aceto est fumus acutus, calidus, & penetrativus. Et lapis est medium inter acetum, & oleum, & ideo magis penetrat, incidit, & dissolvit, & putrefacit ac per consequẽs maiorem actionem facit, & per illum mundificamus fermentum, & cum hoc virtus eius mineralis multiplicatur, ut patet, quod si parum sulphuris proiiciatur super multum corporis, ita quod super ipsum habeat potentiam, convertet ipsum cito in pulverem calcinatum, propter virtutem suã multiplicatam. Oleum vero est extremum, & cibus, quo lapis maturatur, saturatur, & multiplicatur. Et nota, quod quanto magis tu procedas per successiva media, tanto plus reci-

N pies

cipies illa maioris actionis & virtutis. Præparatio terræ ad rubeum. Raymundus c. 72. Cum argentum vivum cum argento vivo coniungitur, nũquam amplius separantur, sicut nec aqua mixta aquæ. Coniunge ergo sperma masculinum, i. e. sulphur rubeũ absconsum & solutum in aqua, cũ spermate fæminino superius collecto ad modũ sulphuris albi per modũ cõtritionis, imbibitionis, & lentæ decoctionis, quousq; in aquã rubeã dissolvatur, & totũ fiat unũ verissimæ decoctionis & mixtionis. Titulo 4. 5. Cum aqua rectificabitur ignis, & ipsum in aerẽ suæ attractionis cõvertet. Cum vero aqua per aquã taliter fuerit destillata remanebit in fundo aer & ignis. Talis est ignis à terra separatio per primam dissolutionẽ, q̃ liquefactionem nuncũpamus: Et terra, cũ terra humiditatẽ suam dabit, & ignis cum igne: quælibet per se acuitatem suam dabit, & præstabit in rectificationibus suis. O fili, quam pulchrum & utile magisterium est separatio elementorum, ac Leonis venatio discretionis humanæ beneficio, & ingenio sub conservatione illius proprietatis ab igne: cuius signum est, cum in venti ventre deportatur, nec rubescit in commodum, donec sit completum. Aer ergo ad album, & aer & ignis ad rubeum. In quibus est tinctura maior, extrahuntur ex duabus substantiis siccis lapideis. Ideo in ablutione ignis, quod ascendit ex illo, est oleum rubeum, licet album in oculis videatur. Quod verò à terra est oleum, illud est pretiosum pretiosissimum. Vnde intellige primum principium

pium in quatuor convertentium, quoniam cõpletum est 4. 8. Cum ergo aquas per aquas destillaveris, destilla aerem cum igne album ad album, rubeum ad rubeũ 3. 6. Ignis tinctura semper occultetur in vẽtre aeris, ne oculis videatur. Si vero corpus ulterius calcinaveris sine humore rubificabitur, & proprietas sulphuris aduretur, cum non habeat retinaculum, quod ipsum in ventre suo auferat, & ab adustione defendat, & ponendo de suo humore paulatim & paulatim, defendit ipsum à combustione. Non putes aquam rubeam esse rubeam in aspectu, sed albã importans rubificandi potentiam in ventre aeris occultatam. Raymundus in codicillo: opus magisterii non est, nisi solutio & congelatio. Sumatur lapis, & terendo illum, imbibendo cum una & dimidia parte sui, post decoque in igne leni, donec pars illa fuerit in lapideam substantiam congelata. Post vigora ignem paulatim & paulatim, donec sublimetur ex illo quicquid resolutum extiterit tam de aqua sulphuris sicca, quàm argenti vivi humida. Tunc iterum quod sublimatum extiterit, reduc super feces suas, terendo & imbibendo cum dicto spiritu, qui magis humiditate exuberante abundat, & has itera imbibitiones rorida decoctione & cõgelatione & sublimatione cum ignibus suis successivis, & diligenter continuatis, donec per continuam sublimationem & reiterationem spirituum non inflammabilium super feces, donec totum figatur deorsum,

tunc ignem sub eo facias fortem per diem naturalem, deinde fortiorem, postea fortissimum, sicut est ignis fundendi. Nam oportet materiam metalli à suo phlegmate fortiter depurare, & crudum coquere per ignem fortissimum, donec fundatur in laminam cristallinam, tunc sumatur de lamina cristallina, quam in fundo vasis fixam reperies, & illam in crucibulo tenui super ignem lenem cera inceratione ultima cũ aere suo albo prędicto, guttando guttã ad guttã desuper, sagacitatis prudẽtia, diligenter respiciendo, quousq; fundatur sicut cera sine fumo. Et tunc completum est inpretiabile pretium, & thesaurus incomparabilis. Et tunc cum illo facias proiectionem pro albo, pro rubeo, pro quolibet elemento albo apponas rubeum, quoniam in Elixir ad rubeum apponatur ignis ulterius, qui totum rubificat, id est ultimum secretũ in natura, & sublimatur ut spiritus. Vides ergo quod natura non attrahit nisi modicum, & convertit, & hoc secũdum Mercurii quantitatem; quod vero magis attractum est profunditate naturæ tardius separatur. Et ideo quod tardius separatur, gravius de humido, semper deducit de re, scilicet de materia mercuriali in sua natura alterata per rotam præsentem, & quod eductum est de illo, vel de illo humido est siccum subtilissimum ligatum cum humido, ita quod neutrum dimittit reliquum in destillationibus suis successivis, & tunc totum dicitur vapor, in quo siccum sulphur est conversum, quia tunc in illo vapore

pore elementa ſunt mixta. Cum verò taliter elementa ſicca ſunt rotata in humido per plures circulationes totius mundi, tunc porro ſeparatis exinde elementis poſt alias circulationes, quæ per medium fiunt reductionis, elementa humida rotantur in ſiccum. Et quanto magis iſtæ duæ rotę reiterantur, tanto magis depuratur terra, vel lapis à ſulphure immundo terreo ſibi extraneo, quod de macula originali provenit. Et intellige bene quod tinctura menſtrui ſeparatur à ſuo terreo, groſſo, feculento per deſtillationes lentas, & in aqua mercurii deportatur. Caveas ergo ne opus rubeat ante nigredinem, & tinctura cõcremetur, quæ in ventre mercurii debet deportari, & abſcondi; quoniam mercurius eſt terra tincturæ in ſua propria natura ſubſtantialis valde, in qua ignis tam Solis quam mercurii retinetur. Recorderis ergo quando vidiſti ignem in Mercurio, & feces erant nigræ. Ex quo apparet quod opus nunquam nigreſcit, donec ex terra extrahatur tinctura per ſuaves deſtillationes, & in ventre Mercurii deportetur. Et iſte ignis eſt illa proprietas, quam debes totis tuis viribus à combuſtione reſervare, ſcilicet tinctura ſulphuris, cum qua debet mercurius ſublimari, quoniã eſt primus maſculus eius, & etiam additamentum tincturæ noſtræ, quod eſt additio magna in virtute & poteſtate, quando coniuncta eſt cum tinctura ſolis. Præterea ſi à vitro & ſale ſciveris extrahere proprietatem Mercurii, & amicare ſibi, per coniunctionem, quæ fit per ſublimationes

nes lentas, non ignorabis unum de secretis naturæ maximum, & viam perfectionis principalẽ. Qui scit elementa convertere ad suam primam originem, scit principium artis. Fac pacem inter aquam & ignem, sublimando & solvendo aquã. Quando caput alembici est frigidum, destillata est tota aqua. Anima nostra de fluminibus colligitur, & in ventre aeris deportatur. Ascendit de terra in ignẽ, & iterũ penetrabit in terrã. Versus.

Nulla mineralis ibi est virtus specialis,
Sed talis, qualis reperitur ubiq; localis.

Albertus Magnus: Infra septẽ dies erit ut butyrũ liquescẽs per latera vasis, si bene operatus fueris, aliter ad nihilũ labores. Primò ponas tuam materiam in alembico, & exibit primò aqua in fumo, i.e. spiritus. Secundò oleum in liquore, i.e. anima. Tertiò, v. quod in vase remanserit, terreum est, & verum corpus. Ex istis igitur tribus, sc. spiritu, anima & corpore ita coctis, ut commisceri & coniungi possint, fit elixir. Itẽ alii: Sulphur & argentũ vivum, si quis ea fusibilia, fit elixir. Metallina corpora, utpote naturalia, naturæ sunt opera: Sed opera humana artificialia sunt, & nõ naturalia. Vnde singulorũ metallorũ cõponentia in quãtitate determinata sunt, sed coniunctionem illam mortales nesciunt. E. illã cõpositionem scire nõ possunt. Item locus nativitatis illorũ sinus terræ est, & locus fœtus animalis venter est. E. sicut fœtus animalis nõ fit nisi in vẽtre animalis: Ita nec metalla nisi in sinu terræ. Item metalla tẽpus habent determinatũ, ut fiant, sed illud ab omnibus

bus ignoratur. E. ea facere necesse est ignorare. Item metalla differunt specie, sicut homo & asinus. E. sicut nec ex homine asinus, ita ex metallis alia metalla non fiunt. Item secundū Aristotelē: sciant artifices Alchimiæ species naturæ permutari nō posse, sed his similia possunt facere, ut album tingere colorē rubeo vel citrino, ut videatur esse aurū: plumbi quoq; immunditiē abstergere, ut videatur esse argentū. Veruntamen semper erit plumbū. Sed obtinebūt in eo huiusmodi qualitates, &c. Nostris experimentis in nostris temporib. Luna taliter perficiebatur, ꝙ expectabat in cemento oēs auri examinationes, seu probationes, & habebat verū pondus, & omnia q̄ in verissimo auro includūtur. Vidimus etiā nostris temporib. permagnū elixir perficere mercurium in veram Lunā. Et etiam contra illos, qui dicūt, ꝙ homo nō potest unū genus de alio genere. Nam si quis stercus equi mittat ubi eū calor tāgat inde ꝓcedunt bestiæ, quas vocant albates. Præterea si quis spinā piscis mittat suptus algacerā, ibiq; per mensem remaneat inveniet eam vermes qui cētipes dicitur. Sicque de non vivente retrahit rem viventē. Aliter potest intelligi ratio Aristotelis, quādo dicit, ꝙ species nō possunt permutari. Dico, ꝙ verum est, species in communi considerate nullo modo possunt ꝑmutari de una in aliā speciē. Isto modo habet locū ratio eius, sed species minerales, sc. species sub illa ratione cōmuni cōtēta. Dico ꝙ imo possunt ꝑmutari in alias species. Nam si quis ponat medullā panis tritici in vase

vitri sub fimo terrę, mutabitur in aliam speciem, scilicet in frustum carnis. Et si quis posuerit etiam pilum caudæ equi in aquam vertitur in rem viventem, scilicet in serpentem, &c. Ars ista præ cæteris est præferenda, cum in ea sint parvæ expensæ, parvus labor, breve tempus, & lucrũ magnum. Et ideò non desperes, si decipiaris semel vel bis, propter quod Philosophus sic dicit: Qui non tristatur, non lætatur, qui non errat, non pervenit, qui non corrumpit, non emendat, & sic consequeris. Gallinæ sanguine humano pastæ cuius ovum in vitreo vase sub fimo reconde, & qui ex putredine nascuntur vermes, iterum humano sanguine pasce, illum vero, qui cæteros necaverit, retine: Aurum vivo argento mixto simul infunde, eoque combusto, gutta auri, quæ remanserit elixir dicetur. Sciant & gaudeant sectatores alchimiæ, quod una species non potest permutari in aliam, & est intelligendum quod possunt permutare seu reducere imperfectũ ad perfectũ, quia per medicinã possũt reducere argentũ vivum ad Solẽ vel Lunã, & sic de aliis corporibus imperfectis reducere ad corpora perfecta possunt. Nota quod in sapore, hoc est, in sale sapientum consistit radix totius artis alchimiæ, & clavis principalior, & profundissima, quæ quidem claudit, & aperit, & sine quo nullus est viator, qui possit ad perfectionem prædicti lapidis pervenire benedicti Philosophorum. Et nisi seminat sal post ipsius præparationem, & calcinare debent eum, & esse in loco temperato xv. die-

bus,

bus, ut calor ignis & fumositas liberè evaporet. Nota hæc, quæ sunt posita, in speculo alchimiæ secundum fratrem Vincentium sunt extracta, ex libro de aluminibus, & salibus, de eius operatione in alchimia. Deus quoque excelsus & gloriosus non laudavit creaturam in lege, sicut locus eius est in sale. Qui ergo scit salem, & eius solutionem, & eius coagulationem, scit secretum occultum sapientum, id est, alchimistarum. Ipsa quidem corpora dealbat, & mundificat ac resolvit spiritus, quandoque coagulat, & retinet, ac prohibet ab eis adustionem ignis, & sine ipso non potest compleri Elixir, nec resolvi, nec ingredi in corpora vel spiritus. Nota quod si lapis congeletur in calido & sicco, erit obscurus, & si in calido & humido, erit clarus, & quasi transparens. Nota quod mercurius est aqua viscosa in visceribus terræ albæ per calorem temperatissimum in sua minera, & mixta æqualiter omnibus in superficie plana propter aquositatem, quam habet, non quiescens. Viscosam habet substantiã propter suam sulphureitatem, quæ illam obtentat, & illam adhærere non permittat: Et est materia omnium metallorum cum sulphure, scilicet lapis rubeus, de quo extrahitur. Argentum vivum in montibus, maxime in cloacis veteribus in multa quantitate reperitur. Natura eius est frigida, & humida, & est fons & origo omniũ metallorum, & ab ipso procreantur omnia & miscetur, & amicatur cum omnibus metallis, & sine ipso nullum metallũ generatur. Nota quod

ſulphur eſt pinguedo terræ, & minera terræ, per temperatam decoctionem inſpiſſata, fortiſſimã habet operationem, & eſt uniformis ſubſtantiæ in partibus ſuis, & ideo non auferetur ab ipſo oleum per deſtillationem, ſed per aquas acutas in ipſis decoquendo congelat etiam Mercurium ſecundum ſuam perfectionem vel imperfectionem in corpora perfecta vel imperfecta, ſecundum quod ſulphur eſt mundum vel immundum. Pone materiam in vaſe amplo & longo, & claude orificium eius: ſed tamen in medio habeat parvum foramen ad modum parvæ pennæ, ita quod reſpirare valeat, & pone ſuper fornacem inter cineres. Materia lapidis ſit una libra & omni die oportet ſemel videri propter colores apparentes, & propter calorẽ, & diminutionem aquæ, & ſic poteſtis videre colores apparẽtes. Et qñ minuitur aqua, infundite aliã aquã cum magna induſtria ne frigida tangat vitrum calidũ, ne frangatur, vel vitrum frigidum calidam aquã, & ideo melius eſt in vaſe terreo bene vitreato. Sapientes vocaverunt acetũ Philoſophorum, aquã vitæ, aquam corroſivam, lac virginis. Nam in lacteum colorẽ cum mixtura ſuæ propriæ naturæ vult cõverti, & poſt in criſtallinum colorem iterum redigi. Hæc autem ſepties deſtilletur, & tũc erit munda & pura, & plene rectificata cum aqua ſua. Nota quod color albus completur per calidum & humidum. & color rubeus per calidũ & ſiccum. Ariſtoteles: Poſuit Deus in iſta arte tres claves principales, prima eſt aqua, ſecunda unguen-

guen-

guentum, tertia est stercus putridum. Ab aqua removebis fumum, ab unguẽto nigredinem. Et de stercore vocatur terra mortua sine remedio, & postea revivificabis per dissolutionem & congelationẽ, &c. Nota diligenter quod non oportet aliqua alia uti in commixtione, contritione, & in toto regimine, nisi ista aqua sola permanẽte. Signum autem perfectionis medicinæ est, quod videtis ipsam claram ad modum aquæ & sicut gladius denudatus, & quod intus possis clare videre faciem tuam, sicut in speculo. Geber de investigatione veritatis: Efficacia huius operis est in purgando lapidem à suis unguentis & aliis, quæ habent ei efficaciam, & virtutem, & propter infirmitates illas, quas habet lapis, sunt illa longa opera necessaria, quæ de ipso dicuntur: quia, si lapis esset purgatus & mundus per se ipsum, tingeret, & faceret opera sua. Dicimus quoque, quod debemus molere lapidem cum argento vivo, quod de ipso lapide est extractum, & tunc complebitur cum eo mixtura debili, post molere cum aqua. Ascendet aqua & unguentum super aquam, tunc illud aggregat, & sive parum, sive multum fuerit, faciet opus quod volueris, & congelabitur per se, & fiet rubeum vel nigrum. Si est rubeum extra, est album intus. Iohannes Anglicus: Oportet de ambobus luminaribus eligi, quod est homogeneum, & scimus, quod sine illo non perficitur opus nostrum. Rosarius: Non tingit aurum, nisi spiritus eius occultatus extrahatur,

hatur, & fiat omnino ſpirituale, & hoc fit per acetum noſtrum. Vnde Roſarius: O admirabilis natura aceti, quod facit aurum eſſe merum ſpiritum. Hortulanus: Quando aurum factum eſt ſpirituale, & fugit ab igne ſicut Mercurius, tunc habet tincturam ſine numero. Codicillus Raymundi: De nigredine benedicta à paucis cognita extrahitur benignus ſpiritus pugnam ignis vincens & ſuperans. Ioannes Anglicus: De nigra terra dealbando eam, & totum habes magiſterium.

F I N I S.

TRA-



TRACTATVS DE LAPIDE PHILOSOPHICO, DESCRIPTUS

à

IOANNE VVITTICHIO BONESLAVIENSE, VVRATISlaviæ Anno Domini 1550.

INCIPIO IN NOMINE SANctæ & individuæ Trinitatis, Dei Patris Eheie, & filii, & Spiritus Sancti, & totius cælorum curiæ triumphantis.

VT ad perfectum magisterium pervenire possimus: primo oportet scire, quod tres sunt lapides speciales & tres sales sunt, ex quibus totum opus nostrum perficitur scilicet mineralis, plantalis, & animalis. Et tres sunt aquæ, scilicet Mercurij, Solis & Lunæ: Et Mercurius est mineralis, & Luna plantalis, quia non recipit nisi duas virtutes, scilicet albedinem & citrinitatem: Sol vero est animalis, quia recipit

recipit tria, scilicet albedinem, constrictionem, & citrinitatem, & rubedinem, & ita habet tres virtutes, & vocatur animal magnum, & sal virtutum fit ex eo. Et Luna vocatur plantalis, & Sal alkali fit ex ea. Et Mercurius vocatur mineralis & fit sal minerale de eo, & sal aton vel sal armonicum.

Chymiæ fili scias, quod ista scientia nihil aliud est, nisi perfecta inspiratio divina Dei: quia totum magisterium ex una sola re consistit: Et ita tibi ostendemus per dicta antiquorum Philosophorum, & similiter quod nos vidimus & tetigimus cū magnis laboribus, & cum magna industria, illam solam rem cognovimus perfectam esse ad albū & ad rubeum, & nullam aliam rem potuimus invenire ubi consisteret perfectio, faciens ad veram transmutationem corporum, vel perfectam; quia aliæ omnes ex toto corrumpuntur, & penitus annihilantur. Sed illam solam perfectam invenimus, quæ postquam per nostrum magisterium est ad materiam fixam deducta, omnia quæ tangit, ducit ad verissimum complementum sine aliqua divisione, secūdum quod materia fuerit præparata. Quia quando præparata est ad album, adhuc non habet complementum, quam cum ad veram perfectionem pervenit, ducit tamen omnia, quæ tangit in complemento lunari. Sed quia luna non est omnino perfecta in omni iudicio, dicemus, quod, quando medicina est præparata ad album, non est perfecta in verissimo complemento; Sed quando est præparata ad rubeum, tunc dicemus ipsam perfectam esse in omni iudicio. Et non diversificatur medicina alba à medicina rubea, nisi quia in huiusmodi generis medicinæ præparatione non adurentis fit additamentum sulphuris nostri per modum figentis & calcinantis cum astutia & indu-

industria cum multa reiteratione perfectæ administrationis; atque per modum solutionis multiplicem, quousq; medicina fiat. Et scias quod ista administratio per sublimationem perficitur , ut in isto nostro libro satis aperte narrabimus. Et multi sunt deceptores, euntes per mundũ universum, qui nihil intelligunt, illos, quando hanc nostram scientiam hic aperte & clare omnibus intelligentibus fecerimus manifestam, reddemus tam notos, ut ab omnibus facile dignoscantur. Illi enim ipsi decepti sunt in suis imaginationibus, & similiter alios decipiunt.

Scias igitur, Chymiæ fili, quod, qui non habuerit ingenium naturale, & animum perscrutativum subtilia, & singula naturalia & in arte fundamẽta, & artificia, quæ consequi non possumus in nostræ artis proprietatibus, non invenit huiusmodi scientiæ pretiosæ veram radicem. Et multi sunt, qui habent duram cervicem, in omni perspicuitate ingeniosa vacuam , qui vix intelligere possunt communem, & opera communia vulgi cum difficultate discunt.

Vnde propter tales pretiosissima scientia nostra damnatur: Et quia vacuam habent intentionem, vacuum habent fructum. Invenimus & multos, animos habere faciles, opinantes quamlibet phantasiam esse veram , & secundum quod se verum invenisse credunt , & æstimant, id totum est phantasticum , & à ratione principiisq; naturalibus semotum, ac omni demum errore plenum. Vide & intellige, quid dicat Geber Magister Magistrorum: Est lapis unus, medicina una, in qua totum magisterium consistit; Cui non addimus rem aliquam extraneam , nec minuimus , nisi quia in præparatione superflua removemus. Sapientes autem multis nominibus nominaverunt,

ut vos

ut vos, qui non estis filij Philosophorum, non intelligatis, quod sit res una communis, ex diversis rebus cōfecta, scilicet ex quatuor elementis. Et *hoc totum est verum, quod lapis noster ex diversis rebus constituitur, scilicet ex quatuor elementis, & quatuor substantiis.*

Prima substantia est calida & humida; Secunda calida & sicca; tertia est frigida & sicca; quarta est frigida & humida. Et hoc totum est in lapide nostro, & ex rebus, seu materiis istis omnes res huius mundi fuerunt creatæ per potentiam Dei: Et quia lapis noster habet in se, & continet omnes istas qualitates, propter hoc Philosophi per omnia nomina huius mundi lapidem nostrum nominaverunt, & secundum intentiones suas diversas, & diversas operationes posuerunt in diversis rebus, & secundum suum intellectum dixerunt.

Et sciatis, quod intentio eorum fuit perfecta & clara, non intelligentibus autem eiusdem vero contraria. Unde dicit Geber in ultimo capitulo de perfectione: Quoniam vobis solum artem per nos solos investigatam edidimus, verißimam & certam, &c. Propterea videat artifex ut intentum completum habeat finem. Aliqui Philosophi illam artem dixerunt esse in spiritibus, sicut est argentum vivum, & veritatem dixerunt. Aliqui Philosophi in sulphure: aliqui in arsenico: aliqui in sale armeniaco: aliqui in diversitate salium, sicut in sale communi, in sale alatron, in sale acon, & in omnibus salibus. Similiter aliqui Philosophi in tutiis eam ponunt, sicut in marcasita, in tutia, in magnesia & in antimonio, & lapide lazuli. Alij Philosophi vero posuerunt in Sole & Luna, in Marte, Mercurio, Iove Venere & Saturno. Alij in vitro; alij in fellibus: aliqui in lapidibus pretiosis; aliqui in ovis: aliqui in car-

in carne: aliqui in sanguine: aliqui in omnibus rebus huius mundi eam posuerunt. Sed veri Philosophi filiis suis veritatem scripserunt; falsi vero Alchimistæ dicunt: Ego scio sublimare; alter vero dicit: ego scio distillare; alter, ego scio calcinare; alter, ego solvere; ego congelare; ego fixare; ego descendere; Et sic putant se scire totum magisterium, & seipsos decipiunt. Sed Chymiæ fili scias: Lapis Philosophicus ex omnibus constat, id est, ex argento vivo, non cõmuni servo fugitivo, sed purissimo; alioqui si adiungitur corrosivum fugitivum remanet in igne simul, & non fugit ab eo. Ex vivo argento purissimo & mundissimo fit verissima Luna & Sol, secundum quod medicina extitit præparata cum magna cautela. Sed quidam in sulphure laborant unctuoso; alter in auripigmento & arsenico, alter in sale armoniaco, alter in marcasita, alter in magnesia, alter in tutia, & nihil inveniunt. Sic aliqui in ovis, alter in carne, alter in sanguine, alter in urina, alter in capillis, alter in herbis, alter in arboribus, alter in vermibus, & alij in diversis aluminibus, & aliqui in stercoribus; Et sic decipiunt seipsos, & alios, non intelligentes libros Philosophorum. Ipsi Philosophi libros suos scripserunt sub figura compassiva ut non intelligantur ab omnibus, sed tantùm filiis suis. Argentum vivum philosophicum est homogenea medicina, cui maximè argentum vivum adhæret; adhæret quoque corporibus metallorum. Argentum vivum vulgare non est lapis Philosophorum, nec de eo quicquam fit.

Argentum vivum Philosophicum est corpus & spiritus est; & ideo ad Solem & ad Lunam valet, quæ in principio lapis est, in prima sua operatione; quia tunc post putrefactionem vocatur magnesia; & quando est in putrefa-

ctione; tunc nominaverunt ipsum Saturnum Philosophus quidam: Accipe corpus, & in tabulas tenues coapta, & posito in vase, claudendo os vasis, quod non respirare poterit; assa leni igne, donec fiat fixum, nec respirare possit, & teneatur in igne donec confringatur, & nihil ascendat, quod conspici possit, & sic completa est putrefactio. Et haec est prima dispositio, scilicet sublimatio. Deinde assidua opus, ut mundetur à corrumpente impuritate, & est perfectio sublimationis, & cum eo sublimatur perfefectissimè lapis; donec in ultimam sublimationis puritatem deveniat. Sublima subtile à spisso suaviter cum magno ingenio.

Et nota si argentũ vivũ erit bona substantia, & sulphur nonpurum adhaerens, convertit ipsum in aes. Et si fuerit argentum vivum malum, sive immundum, terreum, & sulphur non mundum, & omnino infectum, fit ex eo stannum: Quoniam materia nostra vult habere bonum argentum vivum, & sulphur bonum. Quod si non fuerit bene fixum argentum vivum, ac grossum, & sulphur malum, mali saporis, & foetidum, congelatur, &c. Sed totum in Philosophico sulphure stat, quoniam est perfectio metallorum; sulphur vero commune extraneum, est corruptio. Argentum vivum si est purum, coagulat illud vis sulphuris albi in argentum, & est res optima, & fit ex eo elixir ad argentum. Si fuerit optimum cum rubore vivum argentum, & clarum, & fuerit vis in eo igneitatis, & sulphur purum coagulans illud in verissimum aurum, & potest fieri elixir ad aurum. Quia sicut album sulphur ad argentum, sic rubeum valet ad aurum; nec potest prius fieri aurum, nisi fiat prius argentum, & hoc per meliorem ignis digestionem, & citri-

citrinationem, & hoc quidem in decoctione: Quia primo vertitur in cinerem nigrum, postea in album, deinde citrinum, & ultimo in nimium rubeum: Et sic sulphur album & rubeum habetur ex una metallorum materia. Nota lapis noster, seu argentum vivum est corpus indolabile, vel insonabile, & est toxicum, mortificans omnia corpora, & plumbicans ea, & coagulat Mercurium odore suo Ipse est medicina, omnium corporum causa tam solutorum, quàm mortuorum, & est ex auro natio eorum. Item lapis noster ante operationem est toxicum, & occidit omnia corpora imperfecta, & leprositatem & omnẽ agritudinẽ perfectißimè curat, & propter hoc vocatur ab antiquis Philosophis medicina perfecta, quia medetur omnibus corporibus imperfectis per alchimiam.

DISPOSITIO SECVNDA.

Accipe Latonem, bene cribra, & pone in vase philosophico more Philosophorum, & coque ipsum leniter, donec tota materia sit fixa, & color eius mutetur in violaceum; Et scias, quod inde multi apparebunt colores. Vnde custodi ignem, ut lentus fiat, qui ad sanitatem perducet, & bonam substantiam generet in igne. In vase totum consistit. Quia si vasis os modicum est apertum, spiritus subtilißimi evadent, & totum ad nihilum redigetur. Et ut plenius scias, dico quod septem sunt dispositiones: prima vocatur sublimatio, secunda calcinatio, tertia solutio, quarta ablutio, quinta ceratio, sexta coagulatio, septima fixio: Et hæ sunt operationes. Aliqui Philosophi dixerunt de ablutione, destillatione, & descensione.

Hermes ait: Pater eius est Sol, mater eius Luna, & nutrix terra. Portavit illum ventus in ventre suo. Quia terra est portatrix totius mundi. Hæc est vis eius integra, si versa fuerit in terram. Divide terram ab igne, & subtile à spisso, suaviter & cum magno ingenio. Ascendit à terra in cœlum, & rursus recedit in terram, donec sit summè rectificatum & lavatum. Et bene dixerunt quidam Philosophi: aqua nostra lavat omnem grossitiem terræ, & sulphur nostrum est adiutor in operãdo, paulatim abstergendo omnem nigredinem, & obscuritatem. Et scias quod illa aqua nominatur aqua vitæ, aqua conservans, aqua perpetua, & multis aliis nominibus. Aqua vitæ vocatur, quia dat vitam corporibus mortuis, & illuminat rem obscuram. Aqua perpetua nuncupatur, quia perpetuat omnẽ rem, quam tangit, & ducit ad perfectionem. Et non est res in mundo tantæ virtutis. Quia ipsa vincit omnem naturam: Et est aqua intangibilis, venenosa, quia Philosophi dixerunt eam venenum.

DISPOSITIO TERTIA.

Dispositio tertia est, ut accipias Latonem sive Mercurium. & vide, si bene attenuatus vel calcinatus est, & pone ad ignem. & firma, & lento igne coque, ut terra nostra se lavet benè, & in colorem Smaragdinum se vertat; & ita est dispositio tertia. Azoth est lapis Philosophorum: Coque ipsum igne leni, ut terra bene abluatur, & in colorem cinereum vertatur, ferè tendentem ad citrinitatem, cum multis guttis rubeis. Et Azoth secundum Indianos dicitur aurum, secundum Græcos Mercurius, secundum Armenos Argentum, secundum Alexandrinos, & Macedonios, ferrum, secundum Hebræos stannum, secundum Tartaros

taros as, secundum Arabes Saturnus, secundum Latinorum maximè rationes Hermogenes, quem Philosophi multis nominibus vocaverunt. Sed nos lapidem nominamus Philosophorum, quia abscondere scientiam nolumus.

DISPOSITIO QVARTA.

Accipe Azoth, lapidem Philosophorum ut attenuatus est, & mitte in Leonem, & firma quod respirare non possit, & pone ad Solem nostrum ad coquēdum mense Maio, id est, ad furnellum, donec totum congeletur in lapidem, vel pulverem rubeum, vel tene in Sole donec congeletur, & tota materia sit fixa, nihilq; ascendat. Et cum fixa fuerit vocatur ERNOCH *Philosophorum arabicè, auripigmētum latinè dicitur. Et propterea dicit Plato: nisi virtus esset in auripigmento constringendi mercurium nunquam perficeretur opus nostrum. Auripigmentum hic non intelligitur vulgare, sed Philosophicum, quod est res perfecta, ducens ad perfectionem.*

DISPOSITIO QVINTA.

Accipias ERNOCH *vel* ZONOCH, *& pone ad Leonem viridem, quem leonem pone ad Solem nostrum, sicut in diebus Iunij, & totum solvatur si possibile est, & ablue terram separando eius partes tenuissimas, quas cave, ne fugiant, & totum fieret in cassum. Sunt in eo aliqui venti, sed illos custodias, & permitte stare in sole ut totum figatur, & nihil ascendat, sed in pulverem, seu lapidem rubicundissimum vertatur, & hoc totum leniter assa, & tūc vocatur* KIBRIK *Arabicè, Latinè sulphur, non cūmune sulphur, sed Philosophicum.*

Nota: quando Iupiter Lunæ coniunctus, non separatur facile sine arsenico, sed coniunctus Lunæ, amittit stridorē, Saturnus etiam induratur, & rubificatur, & commiscetur cum Sole, & non bene separatur, factum durum, infusibile fit tamen fusibile, si iungitur cum arsenicum funditur in continenti, & dealbatur albificatione peculiosa.

DISPOSITIO SEXTA.

Accipias KIBRIK *Philosophorum subtilißimè tritum sine aliqua difficultate, & mitte ipsum in Leonem viridem. & claude os vasis, deinde pone ad Solem in diebus Iulij, & sic permitte, donec totum solvatur; Et cum solutum fuerit, permitte in dicto Sole, donec materia tota sit fixa, & nihil ascendat, & vertatur in album lapidem, & tunc vocatur* ENBARICH *Arabicè, & calx Latinè.* De hoc *dicit Datinus Philosophus: nisi calces tuas videris propè finem, non eris securus, quod bene & perfectè fecisti tuam operationem. Et certißimè scias, quod, quando materia nostra est soluta, & debemus coagulare vel calcinare, tunc expedit subtrahi de calore Solis, ut iterum melius solvatur.*

Et Philosophi dixerunt: Leniter assando faciatis omnes decoctiones & invenietis scientiam; si autem aliter facietis, non gaudebitis de operatione vestra, quia sublimatio lento igne fit, & est separatio partium subtilium à partibus großis. Vnde dicimus quod corpora metallica generantur ex quatuor substantiis, scilicet ex duplici argento vivo, & duplici sulphure: Primo scilicet ex argento vivo bene claro, puro, mundo & etiam fixo; Secundo ex sulphure fixo, puro, mundo, & claro, & sic generantur corpora perfecta.

Cor-

Corpora vero imperfecta generantur ex argento vivo bono in aliqua quantitate, & ex argento vivo malo & terreo in magna quantitate, & ex sulphure bono in aliqua quantitate, & ex sulphure malo & terreo unctuoso in magna quantitate secundum plus vel minus.

De furno dicimus, quod habeat terram ad sustinẽdum ignem, & sit impastata stercore equino, & arena subtilissima, ut ignẽ patiatur, & tolleretur, altitudinis vero cubitalis, latitudinis vero unius spitamæ & trium digitorũ; spissitudo parietum sit duorum digitorum; fenestra vero desuper sit arctior, quàm subtus. In medio furni sit unum solarium, in quo sint foramina minutissima plurima, & desuper paretur una scutella terrea, & in circuitu, ubi morabitur scutella, sint sex vel octo foramina, vel plura; & sint tres partes, una inferius ad capiendum aerem: Secunda ad incendendum carbones, illa debet aperiri & claudi ingeniosè, & intus esse ignis Philosophicus: tertia vero pars circa scutellam sit cooperta, & cinis sit densus in circuitu vasculi; ignis sit lentus in toto.

DISPOSITIO SEPTIMA.

Primò sciatur, quid sit lapis, qui perfici debet; Secundo, quomodo eligere possimus ex ipso puram substantiam; tertio decoctionem cum suis causis. De vase, quod vocatur Leo; & sic est magisterium nostrum. Accipe lapidem, qui nominatur ADROP *Arabicè, Latinè Saturnus, lapis notus, & pone ad sublimandum, & in sublimatione ad puritatem perveniet, & ista sublimatio non est vulgaris, sed Philosophorum, de quibus prius dictum est, & est purificatio purissima & subtilissima.*

Secunda est solutio, per quam materia solvitur in aquam. Tertia putrefactio vocatur; quia, ut ait Philosophus, si putridum non fuerit, fundi aut solvi non poterit, & si solutum non fuerit, ad nihilum redigetur. Quarta est ablutio; quia oportet ut putrefactio abluatur; quia ablutio est perfectio tota, siquidem contritio & ablutio unum & idem sunt. Quinta est coagulatio; Quia expedit quod illa aqua suaviter desiccando ad Solem nostrum coaguletur in simul, & in lapidem, aut in pulverem redigatur, alias non perficietur, Sexta est calcinatio, & calcinatio est magis apta ad solvendum & fixionem.

Primò, ut sciatur medicina lunaris: Accipe lapidem & per separationis modum purissimam partem dividas, & seorsum ponas. Ecce prima dispositio. Deinde partem illam figas. Ecce secunda dispositio. Contra cum fixa fuerit, solve, quod ex ea solubile fuerit. Ecce tertia dispositio. Postea omnes solutiones misce simul, & coagula. Ecce quarta dispositio. Adhuc super illam solutionem reitera, donec iterum quod ex eo solubile est, solvatur omnimodo. Sic ergo iste ordo reiterando servetur, quousq; illius maior quantitas solvatur: Et ecce quinta dispositio.

Posthæc omnes solutiones simul misce, & coagula, & ecce sexta dispositio. Posthæc vero prædictum sublimationis ordinem serva quousq; iterato totum solvatur, & quod ex eo solubile est congela iterum in ignis temperamento. Conserva quousque iterato poßit ille ignis bonus ad eius perfectionem ministrari. Debes igitur hos ordines solutionis quater reiterare, & ultimo calcinare per modum suũ, non per extraneum. Et sic per cõversionem lapidis terram sufficienter sibi ministrando rexisti; Et ecce septimam dispositionem.

Omnes

Omnes autem istas operationes dicimus esse in sola sublimatione, in uno vase: Et in una sublimatione omnes istæ septem operationes fiunt, & qualis mundificatio talis perfectio. Et sublimatio est elevatio partium subtilissimarum, & separatio seu divisio substantiarum à partibus grossis, & est similiter separatio partium non fixarum à partibus fixis: Partes non fixæ elevantur per fumum, id est ventum. Custodiatur tamen ignis, ne faciat vitrificationem, & ut materia, quæ ascendit descendat, & totum inferius remaneat; Et quanto plus reiteraveris, tanto maioris perfectionis invenies, quia argentum vivum nostrũ est aqua clarissima, & arsenicum nostrum est argentum perfectum, & sulphur nostrum est aurum purum, & ideo non habet fæces.

Nota, quando vis facere perfectam sublimationem nostrã, nihil in lapide nostro addas vel minuas, imo cum substantia tota ponas in vas ut solvatur, & claude os vasis, & sigilla sigillo philosophico, donec maior pars in terram nigram vertatur, quod erit in XXI. diebus, tunc sunt perfectæ istæ operationes, & facta est sublimatio, solutio, destillatio, descensio, putrefactio, ablutio, ceratio, coagulatio, calcinatio & fixio.

Vnde iste lapis philosophicus vocatur AZOTH, LATON, & terra fœtida, terra alba, terra rubea, & multis dicitur nominib. & ideo una sola operatione perficitur. Est enim placabile remedium, & amicabile coniungendi tincturas omnium metallorum, maxime Solis & Lunæ. Argentum vivum in se recipit, quod suæ naturæ fuit, alienũ vero respuit.

Nota: Argentum vivum si fuerit purum, coagulabit illud sulphur nostrum album in argentum perfectum.

Si vero fuerit sulphur clarum purum, rubeum, fixum, & perfectum, & fuerit in eo vis igneitatis similiter non urentis argentum vivum congelabit in verissimum Solem. Et sic de aliis corporibus metallicis imperfectis cum sulphure nostro facto. Et licet in argento puro sit sulphur album, & in auro rubeum sulphur, sed secundum Avicennam non invenitur alibi, illud tamen non est sibi contrarium, quod habet ipsum convert per artem in aurum & argentum. Nihil ergo convenit rei, nisi quod propinquius est ei ex natura. Nota quod Avicenna dicit: Nisi aurum & argentum vidissem, pro certo dicerem, quod alchimia non esset vera; Sed cum aurum & argentum video, certissimè scio, quod vera est scientia.

Modi autem regiminis, elementaque ad invicem convertendi sunt quatuor principales, scilicet solvere grossum in simplum, & subtiliare, abluere obscurum in lucidum, reducere humidum in siccum, figere volativum super corpus suum, quod in ista scientia nihil aliud est, nisi solvere, abluere, reducere, & figere. Solvere est dividere, corrumpere & materiam primam facere. Abluere est inhumare, destillare, & calcinare. Reducere est incerare, inpinguare, & sublimare. Figere est desponsare, solvere & coagulare.

Per primum mutatur natura interius, per secundum exterius, per tertium superius, per quartum inferius. Iam tibi monstravi, Charissime Chymiæ fili, totam operationem & doctrinam: Et scias quod tota perfectio sit in solutione, ubi extractio aquæ est extra terram, & huius aquæ extra terram super terram diversio, donec ipsa terra putrescat.

Hæc

Hæc terra cum aqua putrescit, & mundificatur, & mundificata coimplet opus. Si non putresceret, ad nihilum redigeretur. Et ne commisceas album cum rubeo, nec rubeum cum albo, sed seorsum dissolve quodlibet, nec misceas aquam unius cum altero.

Deinde vicem post vicem contere, & coque, & destilla per filtrum, reiterando, coquendo, destillando aquam super terram, donec totum figatur, & nihil ascendat. Tunc collige ad partem supereminens, & illud est oleum nostrũ, & verum dissolutionis signum, & caute custodias ne avolet in fumum. Et quod facis in albo, fac etiam in rubeo. Vna est medicina in essentia, & in modo agendi similiter una. Esto etiam longanimis. Suaviter & non festinanter extrahe tincturam, nec quæras velociter perficere, nec magnum in principio ignem facias, quia veniret corruptio, & comburerentur medicinæ.

Versus.

Dissipa rem captam prius hanc, illam satis
aptam,
Leviter extractam, sic massam cõtere factam
Hic non festinè, sed temporis ordine fine,
Albumine urinæ, disponit membra ruinæ.

Patienter ergo sustine contere, & coque, iterumque reitera & non te tædeat hoc ipsum reiterare. Quia, quæ imbibuntur, per aquam, mollificantur, & magis certè mollificantur, deinde spiritus cum corpore impastantur, & postea impastata dissolvuuntur. Quia ista impastatio fit cum nimia contritione, inceratione & assatione.

Volumus modo dicere nomina. Diversi Philosophi imposuerunt lapidi Philosophico multa diversa & varia nomina ad occultandum scientiam.

Idcir-

Idcircò omnia nomina, quæ inveniũtur, sunt hæc. Lapis Paradysi, lignũ vitæ, gumma nostrũ, lac nostrũ, Aqua vitæ, Aqua perpetua, Aqua generans, Aqua permanens, Aqua penetrans, Aqua illuminans, vel candelas accendens, Aqua viva, Aqua rubea, Aqua alba, Aqua rosea Aqua, nigra, Aqua viridis, Argentum vivum, sulphur, Arsenicũ, sal armoniacum, Tutia, Magnesia, Marcasita, Antimonium, Lapis lazuli, Aurum, Argentum, cuprum, ferrum, stannum, plumbum, Alumen, terra, vitrum. Additamentum quod fit, non nisi in lotio erit, & ibi magis est quæstio, & qui dictam quæstionem bene & purè intellexerit, habebit lapidem philosophorum. Vocatur similiter Leo, Draco, Vrsus, Lupus, Ossa, Cerebrum, Vrina, Homo, Stercus, Capilli, Menstruum, & multa alia nomina habet secundum philosophos, ut scientia occultetur; iuxta vero artem nostram, primus Planeta noster est Venus, secundus Saturnus, tertius Mercurius, quartus Mars, quintus Iupiter, sextus Luna, septimus Sol.

Nota sine fallacia: Accipe æs, & verte in plumbum, postea in Mercurium, in primam suam materiam. Quia species non mutantur in speciem, nisi in tantum speciei in primam materiam redigatis, id est, ab illo colore ex illa re extrahatis argentum vivum, & quod remansit in fundo vasis vertatis in ferrum, & coniungite omnia simul per veram decoctionem & tamdiu coquite, donec abeat in stannum, nec cessare debet à decoctione, donec vertatur in verum argentum.

Et tunc habes lapidem album transformantem omne corpus in verissimam Lunam. Amplius autem decoquatur donec vertatur in Solem verissimum, dum æs aurum sit, argentum, plumbum, ferrum & stannum. Item nota:

Acci-

Accipe as nostrum ustum, & perfice rubificatum in assando, & reducendo, & imbibe ipsum cum oleo leonis duodecim vicibus quantum poteris, & imbibe ipsum semper assando, & reducendo.

Postea fac eum descendere, & descendit in aurum purum modo viride, & fit purum aurum rubeum, sicut granum clarum, & scias, quod tanta rubedo descendit cum ipso, quæ tingit argentum in aliqua quantitate verissimo colore. Et nota, quod nullum verum genus lapidis præparare poteris absque leone viridi in liquidum, quod videlicet invenitur in vasis nostris. Hoc tamen sciatis, quid sit lapis. Est corrumpens, & emendans, mortificans & vivificans, solvens & coagulans, argentum & aurum, unum est in uno loco. Nota, quod in liquefactione sunt tres colores, videlicet niger, postea albus, ultimo rubeus. Multi sunt alij colores, videlicet citrinus, glaucus, cœlestinus, violaceus, viridis, camelinus, & multi alij, sed omnes generantur ex his tribus. Citrinus & glaucus ex albo & rubeo nascuntur; quia citrinitas & glaucies est albi & rubei proportio: Cœlestinus ex albo & nigro consurgunt: viridis, violaceus, camelinus, nigro, albo, rubeo simul cõmixtis. Alij vero imperfecti colores per aquam perficiuntur, & per ipsam abluuntur & mundificantur. Si in opere tuo niger color appareat, tunc non in vanum laborasti. Si autem cum putrefactione solveris materiam, tunc videbis eam nigram, postea viridem, deinde croceam & rubicundam, & multis coloribus erit resolutum, quantũ ad partitionem, & tunc existima magisterium hoc per veram decoctionem perfici.

Scias optimè sublimare, albare, calefacere, terram, aquam, rubiginem facere ac tingere. Oportet tamen elixir

com-

comburi, & mortificari, eo quod Azoth vel Lathon, vel aqua divina nō rubet, nisi mortificatione & assatione. Dealbatio autem non fit nisi in combustione, & unumquodque dealbatur primo, postea rubet. Aqua est illa res, quæ dealbat, & rubeum facit. Aqua est illa, quæ occidit & vivificat. Aqua est illa quæ comburit & cādidat. Aqua est illa, quæ dissolvit & cōgelat. Aqua est, quæ putrescit & germinat diversas & novas res. Magnum est mysterium in decoctione aquæ huius, & paulatim eam decoque, & in principio cave comburere, ne in flores abeat, & viriditatem noli cito perficere. Claude, ne evolet cito, qui est intus. Charissime scias, solvere, sublimare, calcinare, tingere, abluere, infrigidare, rigare, extrahere, coagulare, humectare, imbibere, abluere, coquere, fixare, terere, siccare, destillare, esse unum, & anima, & spiritus, & corpus esse unum, & esse signa perfectionis, & significare appositionem Veneris, i. e. ignis qui sit suavis. Et scias, quod nō fixum ponatur super fixo, donec figatur, & tunc vita & lux orietur; & sicut erat unum à principio, ita erit unum cum ad unū revertetur. Scias quod in principio levem ignem facimus, postea magnum. Cum autem fixum volatile facis, sic augmentando donec compleas, scias, quod sola una res hoc facit, & illa res est in unoquoq; gradu operum nostrorū, & corpus nostrum in aliam vertitur materiam. Hoc enim regimen spiritus operatur. Quare servetur vas, ne composita fugiant & fumigent, & sic habes intentum.

Similiter; Æs nostrum, cum primo coquitur, aqua fit, deinde, quanto magis coquitur, tanto magis inspissatur, q Philosophi vocaverunt lapidem, qui cum metallis convenit, postea frangitur, imbuitur, & igne intensiori priore assatur, quousque coloretur. Nota bene verba ista, & aperias

rias aures tuas & non fiat plus iusto ignis fortis. Leo autem viridis in medio manet, quousque ex toto interficiatur; vivus imponitur & tinget eos in novam formam, Deo adiuvante, nihil coniungendo, nisi coquere aquam nostram, & as nostrum interficias comburendo paulatim, quousq; eius color albus præsentetur. Oportet te lapidem corruscantem in odore & claritate convertere, & addere aliquantulum ruboris. Sed aquæ residuum capias, quod iussi in duas partes dividere, & multoties imbibere, quousque colores appareant. Et scito, quod si nescienter rexeris, colores non videbis; Et si inspexeris in principio post nigredinem, si tibi rubeum evenerit, post hoc nihil cures, solummodo, ut vas clausum & sigillatum sit, donec perveniat ad suam naturam. Coque tamdiu, donec spiritus & corpora simul & semel iungantur. Quãdo spiritus non poterit evolare, tunc fixetur, & cum corpore uniatur, & supradicta nigredo permaneat quadraginta vel quadraginta duobus diebus, & post diversos colores mutatur, & variatur donec perveniat ad albedinem, & postea ipsum nõ variatur, donec perveniat ad perfectum rubeum. Ad quod te perducat Dominus Deus noster IESUS CHRISTUS, *qui vivit & regnat Deus perfectus in trinitate perfecta per omnia secula seculorum,* AMEN.

Sequitur Epilogus præcedentium.

Cognita intentione cursoriè excerpta, nihil aliud est nisi ut sumatur lapis philosophicus, prout patuit, & cum operis instãtia assiduetur super ipsum opus sublimationis, solutionis, destillationis primi gradus, ut p hac mundetur, à cor-

à corrumpente impuritate, deinde vero figatur, ut nihil ascendat. Et cum fixus fuerit, solve quod ex eo solubile fuerit, & in ignis temperamento conserva, quousque figatur, & in asperitate eius quiescat. Et hic secundus præparationis gradus consummatur, & in hac quidem una præparationis gradus, & perfectionis meta existit.

Tertiò vero similiter gradu lapis administratur, qui per totum principium, medium & finem consistit præparationis complemento, & est, scilicet, ut iam fixum lapidem per modum sublimationis cum administratione ignis volatilem faciamus, & volatilem fixum, donec in ignis asperitate quiescat, ut nihil videatur ascendere. Et hic tertius modus est appellatus. Quarta nūc administratio est, ut lapidem dissolvas, & per modum dissolutionis volatilem facias, & cum ista fixa, fiat tota materia cum igne sibi appropriato, donec quiescat sine separatione aliqua, & cum ita factus fuerit, verissime materia coniuncta est. Quinta administratio inventa est, ut lapidem congelatum dissolvas, & ut iam omnia fixa cum ignis administratione volatilia facias, & iterato volatile fixum, quousque remaneat in pugna ignis, & cum ita fuerit, serva, donec illi maior ignis quantitas administrari possit. Et ibi vidisti quintum circulum. Sexta præparatio est, ut lapidem nostrum solutum ita, sublimatum, coagulatum, calcinatum, inceratum, destillatum & fixum cum parte servata non fixa per magisterium subtile coniungatur per modum sublimationis, solutionis atque destillationis volatilem facias cum maximo ignis ingenio. Et cum ita fuerit fixum totum, donec in ignis asperitate quiescat, quod nihil videatur ascendere.

Et sic reficio sextam dispositionem. Sed quia in septima dispo-

d spositionis operatione consistit totum arcanum, & tota scientia dicimus tibi fili, ut habeas verum ingenium, & veram operationem & intentionem, ita ut bene intelligas dicta Philosophorum, & mea similiter, & sic habebis totum magisterium. Modo transeamus separatim ad solutionem in septima operatione. Dicimus ergo, quod septima operatio est lapidem nostrum benedictum primo dissolvere, postea destillare, tertiò sublimare, quarto incerare, quinto descendere. sexto calcinare, septimo figere. Ecce totum magisterium, & totum arcanum, & totum, quod dicimus, nihil aliud est, nisi solvere, recongelare, fixare, & fixum volatile facere, & volatile fixum, & fixum solutum, & solutum iterato volatile, quousque fluat & alteret in complemento lunifico & solifico. Ex reiteratione ergo præparationis in medicina resultat bonitas alterationis & multiplicationis. Ex diversitate igitur reiterationis operis super lapidem in gradibus suis resultat multiplicationis bonitas, alterationis diversitas, ut quidam sui duplum, quidam sextuplum, quidam centuplum, quidam milleduplum, & quidam in infinitum solificum & lunificum vera perfectionis transmutet corpus. Et de lapide hæc sufficiant.

Sed ut melius intelligere poßis veram intentionem, volumus ostendere in qua hora, in quo die, & in quo mense debeat esse operis huius initium. Et dicimus, qui aliter fecerit, pro certo errabit, & qui fecerit secundum quod nos præcipimus, pro certo videbit veram artem & usum magisterij. Dicimus igitur, quod accipiatur lapis philosophicus cum tota sua substantia, & quod eligatur ex ipso lapide purißima substantia, atque subtilißima, & ponatur in vase philosophico, & sigilletur os vasis more philo-

sophorum, & ponatur in furno philosophico in occasu Solis; hoc autem in die Lunæ sit factum totum: Et incipiatur opus ad medietatem Ianuarij sub signo capricorni. Tunc accendatur ignis, & regatur more Philosophorum per totum signum, & fac quod in dicto signo tota materia, quæ volatilis erat, sit fixa. Postea intrabimus in signum aquarij, & operatio erit in huiusmodi signo regere materiam ita, ut elevetur & volatilis fiat: postea figatur ut materia tota sit fixa, & nihil elevetur. Deinde intrabimus in signum piscium, & iterum in dicto signo oportet materiam volatilem facere, & iterum per totum signum materiam dictam exurere. Postea intrabimus in signum arietis, & oportet necessario cum dicto signo prædictam materiam volatilem facere, & ut per totum signum figatur, & nihil ascendat. Hoc facto intrabimus in signum tauri: fac lapidem ascendere, ita ut fiat volatilis sine strepitu; postea fac ut per totum signum figatur, & sic pretiosissimum lapidem recte rexisti. Deinde intrabimus in signum geminorum, ubi iterum te oportet lapidem volatilem facere cum magno ingenio, & est in geminis cum dicto signo, & non cum alio. Deinde materiam ascēdere facias: postea fige, ita ut per totum signum figatur. Hoc facto introibimus in signum cancri, & omnino oportet ut in dicto signo cum magna cautela elevetur, & elevatus poßit postea dimitti, quousq; in ignis asperitate quiescat. Hoc autem fac per totum signum. Cum autem factum fuerit, lauda Dominum Deum tuum super ea, quæ tibi tribuit. Quia hic est lapis philosophicus completus, & in manu proxima, qui ducit ad perfectionem omnia corpora imperfecta, & argentum vivum totaliter in Solem & Lunam, secundum quod medicina fuerit præparata. Hic est lapis philosophicus se-

cus ſepties deſtillatus, ſepties ſolutus, ſepties congelatus, ſepties deſcenſus, ſepties calcinatus, & ſepties fixatus. Laus *Enti in divinis, Gloria in excelſis trinis. Amen.*

Scriptum in VVratislavia, & finitum in die Solis vel die dominica prima poſt feſtum Domini Dei Elohim Zebaoth, *id eſt, paſchatos per Iohannem VVittich de Boneslavia, alias* Bonʒel/ *Anno Domini* 1550.

F I N I S.



CONCORDANTIARVM PHILOSOPHORUM

DE

LAPIDE PHILOSOPHORVM TRACTATVS utilis,

AB ANONIMO OLIM PHILOSOPHO CONSCRIPTUS.

LICET in iſta materia videntur Philoſophi ad literam fore diſcordes, tamen concordantes illi ſimul dicunt idem in ſententia, quamvis ſecundum diverſitatem loquuntur rationes ſecundum diverſos modos etiam ſecundum diverſa ſigna operationes nominaverunt ipſum lapidem diverſis nominibus, modo maſculum, modo fœmininũ, modo ſimul iuncta rebis, & tunc unam rem modo diverſas & ſecũdum hoc poſſunt ſolvi omnia argumenta & auctoritates diverſæ magiſtrorum de hac materia loquentium ad unum trium viarum

rum huius lapidis postea dicendarum , tamen sunt nisi una via, videlicet mercurius naturalis sive artificialis, videlicet extractus à corporibus & maxime perfectis , quia in istis est mercurii substantia subtilissima & pura , habilis ad fixionem Philosophorum & ad omnia opera eorum plus quàm aliquis mercurius in toto mundo , prout clarius per auctoritates apparebit & inde ad quemlibet trium viarum post dicendarum possunt auctoritates Philosophorum optimè exponi, & idem significare, & eodem modo, quia plures viæ sunt & possunt esse ad eundem intentum: attamen ex diversis modis præparationum & ignis tanquam causæ efficientis administratione sortitur operatio, & per consequens lapis Philosophorum diversa nomina habet secundum apparentiam, tamen ad eundem finem omnia tendunt, videlicet ad subtiliationem, quæ vocatur sublimatio, & ad fixitionem, quæ vocatur incineratio sive calcinatio, & cæteris multis & diversis nominibus appellatur.

Ex reiteratione ergo illius operationis videlicet sublimationis & ipsius inspissationis quam naturaliter sequitur incineratio , sive Philosophorum fixio cum ingenio præparationis ignis cum sola re una vel cum aliis iuvantibus , quæ tamen intrare non debent, ad idem tendentibus & propter velocitatem operis & attractionem resultat bonitas operis & cum eodem in servitio posito , si placet ultra procedere in pondere, bonitate augmentando fieri potest, ut prædicta

Philoſophorum ſatis pateant intuenti. Sequitur de materia in ſpeciali, & de ea eſt aliquid dicendum.

Primò quidem aliqui Philoſophi volunt, & quia omnes antiqui Philoſophorũ in principio ſui eſſe mercurii ſubſtantiam ſubtiliſſimam ſine terreſtreitate, quæ fuſionem & fixionem impediret materiam exiſtere dicentes, exinde tota depurata quæ elicitur per ſublimationẽ, ut per Gebrum in ſumma, capitulo de medicina ſolari tertii ordinis, ubi dicit. Reſp. lapidẽ in capitulis notum, & in capitulo de mercurio dicit, quod ex eo eſt, & dicitur tinctura, etiam dicit per ſeparationis modum puriſſimũ per ſe dividas & ſeorſum ponas, & de iſto mercurio ſunt Philoſophi diverſificati, uti patet in eorum libris intuenti. Quidã poſuerunt iſtum mercurium vulgi, tamen non ſimpliciter, ſed depuratũ per ſublimationẽ, ſive alios modos vivificationem, & hoc totiens quod fiat purius ſine aliqua terreſtreitate, ſive hoc fiat modo vulgi, ſive vulgari, ſive etiã philoſophico ſecundum quod teneatur mercurius in igne ſuæ tolerantiæ & æqualitate: tunc enim eius cõtinuitate ignis, convertuntur naturæ in ipſo, & pars ſubtilior ſeparatur in vas ſuperius elevata, & ſua terreſtreitas manebit ut fex in fundo, de quo infra ad iſtam viam dicendo dicetur, ſic quod totus mercurius in puriſſima ſubſtãtia ſit elevatus, & ſua terreſtreitas manebit in fundo reiicienda ut dicit quidã Philoſophus in turba, talem laborandi modũ tenens ad lapidem noſtrum: Nil ad-

dimus

dimus nec minuimus, sed superflua removemus, & ad istam viam sic tenendam movent nos plura dicta aliquorum Philosophorum, & auctoritates multæ in libris Philosophorũ positæ, quæ patent bene eorũ libros intuẽti, & pro nunc hic aliquas auctoritates ad istã viam tendentiũ inserere prætendo.

Dicit enim senior de veritate lapidis Philosophorũ & ipsius uno modo laborandi, fili cõsidera ꝙ quicquid dicitur in nostris libris de aquis, de sulphure, aceto, & salibus, non intelligas, nisi rem unam divinam, quæ secundũ diversitates signorum & præparationum modo dicitur anima, acetum, sulphur.

Et subdit, non intendas ad res multas, licet Philosophi dicant, quod sit rebis, & conspirata res ex rebus: hoc totum per similitudinem est dictum, ut infra dicetur. Et idem dicit, lapis noster, qui est una res, si tamen eo participaret quanquam ex eo sunt, nõ dixissemus, lapis noster, quia omnes homines cum aliis rebus participant. Et dicit ultra, alii quidem apposuerunt sulphur. Item secundum Aristotelem, nil completur nisi cum fermento subtiliato, & ita est subtiliatio, & distillatio, & fixio Philosophorum, & inceratio, quia ista omnia se cõsequenter in natura per solum regimen ignis secundum laboris exigentiam & ignis gradus suæ tolerantiæ, de quo infra specialius declarabo. Itẽ dicit alius Philosophus in turba. Omnis res, quæ caro emitur precio in hac arte inutilis reperitur; nec

obſtare debet, quod dicitur in libro 7. pręceptorum, quod iſta res ſit in omni re, cum iſtud ſenior ſic exponit, quod in iſta re ſunt omnes potentiæ, ſcilicet albedo & rubedo, & confirmat hoc Geber in ſua ſumma, dicens: Solummodo in iſta eſt, ex quibus elicitur, & ex eo vocaverunt hunc lapidem rem unam, ut dicit quidam Philoſophus: in ipſa ſola eſt omne, quod indiget, ut ſulphur & ſales & tinctura. Et dicunt, hæc res in multitudine rerum non conſiſtit, & etiam dicunt intēdentes in hac arte laborare, ſi recto tramite incedant circa unam rem ſcilicet noſtrum lapidem operētur. Quod ſi dixeris non noſcere, aberrans es. Item ibidem, ne obliviſcaris te in hoc opere tantum una re indigere, verum nolite curare compoſitionem pluralitatum, de qua dicunt multi invidi figurative loquendo, veritas namque noſtra una eſt, in qua ęſt ſpiritus tingēs, quam quærimus ſuperantem omnes naturas. Et ideo plures Philoſophi hanc rem vocaverunt omnes res, & ibidem pluribus rebus non indigetur, niſi una re. Et complētur. Sic verba Magiſtri natura naturâ lætatur, & natura naturā cōtinet, ꝙ ſapiens per ſe regit & extrahit ex ea omnē ſuperantem naturam. Plures autoritates invenies ad iſtam materiam in libris antiquorum, & ideo ad iſtam partem ſufficiant prædicta.

Sunt etiam aliqui Philoſophi, qui lapidem Philoſophorum ponunt in mercurio non tantum vulgi, ſed extracto per ingenia à corporibus metallicis perfectis, ut Sole vel Luna, & iſtum

mo-

modum dicunt fore & fieri per corpora perfecta, ita quod ista corpora subtilientur & convertantur in verum mercurium similem naturali. Secũdum unum modum sunt corpora perfecta ita subtilianda modis & indigentiis, videlicet aquis acutis, & aqua salis aquilæ, qui sal armoniacus dicitur, qui multum subtiliat corpora, & hãc subtiliationem ita continuando quod corpus fiat spirituale, & mercuriale, & volatile, & istud corpus sic resolutum vel præparatum dixerunt mercurium & lapidem Philosophorum, & tunc cum isto institerunt cum modis laborandi post dicendis, donec fiebat ex eo tinctura in infinitum augmentanda, & ad istam viam moventur tali rationabili motivo, dicunt, nulli dubium esse in corpore perfecto scilicet sole tincturam esse albam & rubeam, vel etiam luna, in qua est tinctura albas, & per continuationem ignis est rubea.

Alii autem recipiunt mercurii partem unam, alii masculi partes tres, fœminæ partes quinque, vel ambobus similiter iunctis masculo & fœmina, ut quidam dicunt, propter velociorem corporum similium corruptionem, quam in unius solius, & tunc corpore sic soluto in mercurium vivum habeant in se mercurium puriorem omni naturali, & etiam magisterium dispositum ad fixionem physicam, & abinde omnia perfectius fieri & citius quam in mercurio naturali, si secundum dicta philosophorum post scribendarum operentur.

centé, quãvis noster lapis in manifesto sit albus, in occulto est rubeus, & è cõtra per decoctionem ignis. Et Plato in quartis subdit: converte naturas rerum, & quod quæris, invenies. Item alius sic dicit: occulta manifestum, & manifesta occultũ, & invenies magisterium. Ad istam viam facit, quod dicit Philosophus in turba; nisi corporea incorporea, & incorporea corpora feceritis, nondum regulam operandi invenistis. Item Arsistanus Philosophus dicit; consulo à perfectis inchoes: nam antequam imperfecta ad tantum perficeres, citius vita careres. Item Hermes dicit in uno tractatu suo, qui intitulatur de occultis Hermetis, si camelorum tuorum tres partes consumas. Concordat cum eo in libro de quartis ipse Plato, dicens; Oportet aurum duci in vaporem, & si hoc non potest fieri in figura circulari, fiat quadrangulari. Et istam viam tenet quidam magister, qui fecit quæstionem de diversitate huius artis, & convenienter dicunt Philosophi: Mercurius noster non est mercurius vulgi, sed sapientum.

Sed intelligunt hoc de mercurio, quantum est elixir. Itẽ dicit senior, si fuderitis corpus albũ, recipiatur per istum modũ operis: sin autẽ, relinquite. Itẽ dicit Calid: Philosophãtes præteriti & futuri non potuerunt facere aurum sine auro, & subdit ipse; istud aurum ex auro nostro prodiit, & est aer; & ultra dicit idem senior: O tu si nosceres hunc lapidem nostrum aerem, in quo metalla submerguntur. Et iterum dicit ibidem:

omnis

omnis Philosophorum res est, quod habet in se totum, quo indiget, & est mater auri. Et etiam in turba, quod est naturæ excellentius & omnium rerum vilius, modo aurum non vilius naturæ. Ecce quomodo senior verbis suis videtur discordare, & alii Philosophi inter se, ut potest videri ex auctoritatibus præscriptis, cum tamen omnes clamant, res una vas unum, præparatio una quæ est sublimatio, quàm solam operationem secundum gradus ignis exigentiæ sequuntur diversæ operationes, scilicet fixio & diversa nomina ipsa res sortitur, ut prius dictum est.

Nunc ergo ad concordantiam Philosophorũ non immerito est accedendũ. Cõclusive ergò videtur esse dicendum, quod omnes Philosophi & auctoritates eorundem cõcordant in isto, quod lapis Philosophicus semper sit mercurius, & hoc apertè patet ex auctoritatibus eorundem præscriptis & legentibus in eorum libris evidentissimè apparere potest, videntur tamen fore discordes in mercurio naturali & extracto, ut dictum est. Prius igitur dicendum est, quod auctoritates tendentium ad viam mercurii naturalis sunt intelligendæ & dictæ non per viam abnegationis, ita ut alius mercurius extractus etiam non sit vel possit esse lapis Philosophorum. Sed quia tales Philosophi scientiam etiam per investigationem modi decoctionis in mercurio naturali reperirent, ipsam artem in ipso solo, & ne homines exponerent expensas in rebus preciosioribus, cum in viliori re etiam possit bene reperiri. Auctori-

tates



CONCORDANTIARVM PHILOSOPHORUM

DE

LAPIDE PHILOSOPHORVM TRACTATVS utilis,

AB ANONIMO OLIM PHILOSOPHO conſcriptus.

LICET in iſta materia videntur Philoſophi ad literam fore diſcordes, tamen concordantes illi ſimul dicunt idem in ſententia, quamvis ſecundum diverſitatem loquiuntur rationes ſecundum diverſos modos etiam ſecundum diverſa ſigna operationes nominaverunt ipſum lapidem diverſis nominibus, modo maſculum, modo fæmininũ, modo ſimul iuncta rebis, & tunc unam rem modo diverſas & ſecũdum hoc poſſunt ſolvi omnia argumenta & auctoritates diverſæ magiſtrorum de hac materia loquentium ad unum trium viarum

rum huius lapidis postea dicendarum, tamen sunt nisi una via, videlicet mercurius naturalis sive artificialis, videlicet extractus à corporibus & maxime perfectis, quia in istis est mercurii substantia subtilissima & pura, habilis ad fixionem Philosophorum & ad omnia opera eorum plus quàm aliquis mercurius in toto mundo, prout clarius per auctoritates apparebit & inde ad quemlibet trium viarum post dicendarum possunt auctoritates Philosophorum optimè exponi, & idem significare, & eodem modo, quia plures viæ sunt & possunt esse ad eundem intentum: attamen ex diversis modis præparationum & ignis tanquam causæ efficientis administratione sortitur operatio, & per consequens lapis Philosophorum diversa nomina habet secundum apparentiam, tamen ad eundem finem omnia tendunt, videlicet ad subtiliationem, quæ vocatur sublimatio, & ad fixitionem, quæ vocatur incineratio sive calcinatio, & cæteris multis & diversis nominibus appellatur.

Ex reiteratione ergo illius operationis videlicet sublimationis & ipsius inspissationis quam naturaliter sequitur incineratio, sive Philosophorum fixio cum ingenio præparationis ignis cum sola re una vel cum aliis iuvantibus, quæ tamen intrare non debent, ad idem tendentibus & propter velocitatem operis & attractionem resultat bonitas operis & cum eodem in servitio posito, si placet ultra procedere in pondere, bonitate augmentando fieri potest, ut prædicta

Philosophorum satis pateant intuenti. Sequitur de materia in speciali, & de ea est aliquid dicendum.

Primò quidem aliqui Philosophi volunt, & quia omnes antiqui Philosophorũ in principio sui esse mercurii substantiam subtilissimam sine terrestreitate, quæ fusionem & fixionem impediret materiam existere dicentes, exinde tota depurata quæ elicitur per sublimationẽ, ut per Gebrum in summa, capitulo de medicina solari tertii ordinis, ubi dicit. Resp. lapidẽ in capitulis notum, & in capitulo de mercurio dicit, quod ex eo est, & dicitur tinctura, etiam dicit per separationis modum purissimũ per se dividas & seorsum ponas, & de isto mercurio sunt Philosophi diversificati, uti patet in eorum libris intuenti. Quidã posuerunt istum mercurium vulgi, tamen non simpliciter, sed depuratũ per sublimationẽ, sive alios modos vivificationem, & hoc totiens quod fiat purius sine aliqua terrestreitate, sive hoc fiat modo vulgi, sive vulgari, sive etiã philosophico secundum quod teneatur mercurius in igne suæ tolerantiæ & æqualitate: tunc enim eius cõtinuitate ignis, convertuntur naturæ in ipso, & pars subtilior separatur in vas superius elevata, & sua terrestreitas manebit ut fex in fundo, de quo infra ad istam viam dicendo dicetur, sic quod totus mercurius in purissima substãtia sit elevatus, & sua terrestreitas manebit in fundo reiicienda ut dicit quidãPhilosophus in turba, talem laborandi modũ tenens ad lapidem nostrum: Nil addimus

dimus nec minuimus, sed superflua removemus, & ad istam viam sic tenendam movent nos plura dicta aliquorum Philosophorum, & auctoritates multæ in libris Philosophorũ positæ, quæ patent bene eorũ libros intuẽti, & pro nunc hic aliquas auctoritates ad istã viam tendentiũ inserere prætendo.

Dicit enim senior de veritate lapidis Philosophorũ & ipsius uno modo laborandi, fili cõsidera ꝙ quicquid dicitur in nostris libris de aquis, de sulphure, aceto, & salibus, non intelligas, nisi rem unam divinam, quæ secundũ diversitates signorum & præparationum modo dicitur anima, acetum, sulphur.

Et subdit, non intendas ad res multas, licet Philosophi dicant, quod sit rebis, & conspirata res ex rebus: hoc totum per similitudinem est dictum, ut infra dicetur. Et idem dicit, lapis noster, qui est una res, si tamen eo participaret quanquam ex eo sunt, nõ dixissemus, lapis noster, quia omnes homines cum aliis rebus participant. Et dicit ultra, alii quidem apposuerunt sulphur. Item secundum Aristotelem, nil completur nisi cum fermento subtiliato, & ita est subtiliatio, & distillatio, & fixio Philosophorum, & inceratio, quia ista omnia se cõsequenter in natura per solum regimen ignis secundum laboris exigentiam & ignis gradus suæ tolerantiæ, de quo infra specialius declarabo. Itẽ dicit alius Philosophus in turba. Omnis res, quæ caro emitur precio in hac arte inutilis reperitur; nec

obstare debet, quod dicitur in libro 7. preceptorum, quod ista res sit in omni re, cum istud senior sic exponit, quod in ista re sunt omnes potentiæ, scilicet albedo & rubedo, & confirmat hoc Geber in sua summa, dicens: Solummodo in ista est, ex quibus elicitur, & ex eo vocaverunt hunc lapidem rem unam, ut dicit quidam Philosophus: in ipsa sola est omne, quod indiget, ut sulphur & sales & tinctura. Et dicunt, hæc res in multitudine rerum non consistit, & etiam dicunt intẽdentes in hac arte laborare, si recto tramite incedant circa unam rem scilicet nostrum lapidem operẽtur. Quod si dixeris non noscere, aberrans es. Item ibidem, ne obliviscaris te in hoc opere tantum una re indigere, verum nolite curare compositionem pluralitatum, de qua dicunt multi invidi figurative loquendo, veritas namque nostra una est, in qua est spiritus tingẽs, quam quærimus superantem omnes naturas. Et ideo plures Philosophi hanc rem vocaverunt omnes res, & ibidem pluribus rebus non indigetur, nisi una re. Et complẽtur. Sic verba Magistri natura naturâ lætatur, & natura naturã cõtinet, ꝙ sapiens per se regit & extrahit ex ea omnẽ superantem naturam. Plures autoritates invenies ad istam materiam in libris antiquorum, & ideo ad istam partem sufficiant prædicta.

Sunt etiam aliqui Philosophi, qui lapidem Philosophorum ponunt in mercurio non tantum vulgi, sed extracto per ingenia à corporibus metallicis perfectis, ut Sole vel Luna, & istum mo-

modum dicunt fore & fieri per corpora perfecta, ita quod ista corpora subtilientur & convertantur in verum mercurium similem naturali. Secũdum unum modum sunt corpora perfecta ita subtilianda modis & indigentiis, videlicet aquis acutis, & aqua salis aquilæ, qui sal armoniacus dicitur, qui multum subtiliat corpora, & hãc subtiliationem ita continuando quod corpus fiat spirituale, & mercuriale, & volatile, & istud corpus sic resolutum vel præparatum dixerunt mercurium & lapidem Philosophorum, & tunc cum isto institerunt cum modis laborandi post dicendis, donec fiebat ex eo tinctura in infinitum augmentanda, & ad istam viam moventur tali rationabili motivo, dicunt, nulli dubium esse in corpore perfecto scilicet sole tincturam esse albam & rubeam, vel etiam luna, in qua est tinctura albas, & per continuationem ignis est rubea.

Alii autem recipiunt mercurii partem unam, alii masculi partes tres, fœminæ partes quinque, vel ambobus similiter iunctis masculo & fœmina, ut quidam dicunt, propter velociorem corporum similium corruptionem, quam in unius solius, & tunc corpore sic soluto in mercurium vivum habeant in se mercurium puriorem omni naturali, & etiam magisterium dispositum ad fixionem physicam, & abinde omnia perfectius fieri & citius quam in mercurio naturali, si secundum dicta philosophorum post scribendarum operentur.

 Et non

rebit. Idem in summa perfecti magisterii sic dicit, corpora quidem, ex quibus tinctura elicitur, subtiliare est duræ cervicis. Sed quod in mercurio sit perfectius diutius potest patere, sic quia longior labor requiritur in mercurio naturali, antequam ad tantum præparetur, quod sit in puritate & similis corpori reducto in mercuriũ, ut dictum tempus longum labitur, & longa digestione cum modis sublimationis ut postea dicetur, indiget. Quare & ex quo multa digestione cum modis sublimationis, ut postea dicetur, ad sui perfectionem indiget, etiam plus assuescit igne & sic tinctura perfectissime generatur, & ideo dixit, quod in mercurio esset tinctura facilius & perfectius. Item ad istam viam, scilicet quod lapis Philosophorum sit in corporibus, videtur valde esse intentio ipsius Gebri in libro suo quem fecit de investigatione magisterii partite loquendo, dicit capitulo de tinctura tertii ordinis, ad album. Resp. Lunam, ad rubeum. Resp. Solem, & solve in aqua forti, & fac lapillos: tunc enim, subdit, ex hoc est corpus nostrum fixum solutum in mercurium nostrum fixum, quem rege ulterius sublimando & fixando, ut in summa nostra tradidimus.

Hic tantum nota, quod licet Geber dicat ad album Resp. Lunã, & ad rubeum Solem, per hoc non vult abnegare, quin ambæ tincturæ ita bene sint in unoquoque corpore per se sicut in ipsis mixtis vel etiam tinctura albi in albo, rubei in rubeo, ut patet per quendam Philosophum di-

cen-

centē, quāvis noſter lapis in manifeſto ſit albus, in occulto eſt rubeus, & è cōtra per decoctionem ignis. Et Plato in quartis ſubdit: converte naturas rerum, & quod quæris, invenies. Item alius ſic dicit: occulta manifeſtum, & manifeſta occultū, & invenies magiſterium. Ad iſtam viam facit, quod dicit Philoſophus in turba; niſi corporea incorporea, & incorporea corpora feceritis, nondum regulam operandi inveniſtis. Item Arſiſtanus Philoſophus dicit; conſulo à perfectis inchoes: nam antequam imperfecta ad tantum perficeres, citius vita careres. Item Hermes dicit in uno tractatu ſuo, qui intitulatur de occultis Hermetis, ſi camelorum tuorum tres partes conſumas. Concordat cum eo in libro de quartis ipſe Plato, dicens; Oportet aurum duci in vaporem, & ſi hoc non poteſt fieri in figura circulari, fiat quadrangulari. Et iſtam viam tenet quidam magiſter, qui fecit quæſtionem de diverſitate huius artis, & convenienter dicunt Philoſophi: Mercurius noſter non eſt mercurius vulgi, ſed ſapientum.

Sed intelligunt hoc de mercurio, quantum eſt elixir. Itē dicit ſenior, ſi fuderitis corpus albū, recipiatur per iſtum modū operis: ſin autē, relinquite. Itē dicit Calid: Philoſophātes præteriti & futuri non potuerunt facere aurum ſine auro, & ſubdit ipſe; iſtud aurum ex auro noſtro prodiit, & eſt aer; & ultra dicit idem ſenior: O tu ſi noſceres hunc lapidem noſtrum aerem, in quo metalla ſubmerguntur. Et iterum dicit ibidem:

omnis

omnis Philoſophorum res eſt, quod habet in ſe totum, quo indiget, & eſt mater auri. Et etiam in turba, quod eſt naturæ excellentius & omnium rerum vilius, modo aurum non vilius naturæ. Ecce quomodo ſenior verbis ſuis videtur diſcordare, & alii Philoſophi inter ſe, ut poteſt videri ex auctoritatibus præſcriptis, cum tamen omnes clamant, res una vas unum, præparatio una quæ eſt ſublimatio, quàm ſolam operationem ſecundum gradus ignis exigentiæ ſequuntur diverſæ operationes, ſcilicet fixio & diverſa nomina ipſa res ſortitur, ut prius dictum eſt.

Nunc ergo ad concordantiam Philoſophorũ non immerito eſt accedendũ. Cõcluſive ergò videtur eſſe dicendum, quod omnes Philoſophi & auctoritates eorundem cõcordant in iſto, quod lapis Philoſophicus ſemper ſit mercurius, & hoc apertè patet ex auctoritatibus eorundem præſcriptis & legentibus in eorum libris evidentiſſimè apparere poteſt, videntur tamen fore diſcordes in mercurio naturali & extracto, ut dictum eſt. Prius igitur dicendum eſt, quod auctoritates tendentium ad viam mercurii naturalis ſunt intelligendæ & dictæ non per viam abnegationis, ita ut alius mercurius extractus etiam non ſit vel poſſit eſſe lapis Philoſophorum. Sed quia tales Philoſophi ſcientiam etiam per inveſtigationem modi decoctionis in mercurio naturali reperirent, ipſam artem in ipſo ſolo, & ne homines exponerent expenſas in rebus precioſioribus, cum in viliori re etiam poſſit bene reperiri. Auctoritates

tates

tates ipsorũ, videlicet: Omnis res, quæ caro emitur precio &c. ut ſupra dictum eſt, poſuerunt, iſti vero qui lapidem in corporibus poſuerũt, etiam non per abnegationem alterius viç poſuerunt, cũ nulli dubium eſſe debet, quin ad eandem viam & intentionẽ ſũt bene plures modi, ingenia, viæ, una facilior, alia difficilior, alia longior, alia brevior, quod idem ſemper volunt & ideo taliter loquentes ad iſtam intẽderunt, quod habito mercurio corporis perfecti ſive reſoluto & ſubtiliato in ſubtiliſſimam operationem mercurii certum eſt iſtum mercurium ſive iſtam rem eſſe mũdiorem, perfectiorem & habiliorem ad ulterius perficiendum, quod generare ſibi ſimile de ſe & fieri etiam tinctura, & etiam breviori tempore, & minus erit difficilius in modo laborandi & igne poſſe errare, ſicut plures erraverunt in mercurio vulgi laborantes, præparationem ipſius, ſcilicet fixionem longis temporibus & quaſi in extremũ adducti ſunt, quod fortè eis, ſi in perfectione mercurii ex corporibus laboraſſent, minimè cõtigiſſet. Cum itaq; perfectum citius ulterius perficitur & difficilius deſtruitur, & per conſequens eo minus erratur, cum natura naturã lætetur, & cum ea gaudet & amicetur. Dicit quidam Philoſophus in habentibus ſymbolum facilis eſt tranſitus, & iſta nobilis auctoritas eſt in iſta arte, quo ad unitatẽ lapidis noſtri benedicti; per eam enim excluduntur multæ viæ, quibus multi laborãt in coniunctionibus corporum & ſpirituũ per amalgama & in aquis, &c. Seu corpora cum corpori-

bus

bus laborando & voluerunt corpus vertere in ſpiritum & poſtea ſimul figere unum corpus cũ ſpiritu, vel unum ſpiritum vel plures cum corpore, vel ambobus perfectis dicentes, quod non poſſit fieri tinctura niſi cum cõiunctione matrimonii videlicet Solis ut viri, Lunæ ut fœminæ & mercurii, ut medii coniungentis tincturam. Quę dicta per multas auctoritates quæ ſunt ſcriptæ fortè ad literam vel invidioſè vel allegoricè ut de deſtillationibus, &c. Cum unus ſit lapis ut omnes clamant, qui in ſe totum habet, quo indiget, qui ſecundum diverſa ſigna in ipſius præparatione diverſimodè appellatur, ut prius diligentius in iſto tractatu tibi ſcripſit, & quod tales qui ſic laborant in corporibus corporum & ſpirituum longis temporibus nil reperiunt, non eſt mirum, quia quanto res minus ſimplicior & plus compoſita tanto minor ſymbolus eſt in iſta, & ideo difficilior tranſitus, qui quoniam requireretur ſubtiliatio, ignis debitus difficilimè poſſit rebus diverſarum naturarum & ad unum tendentium applicari, quia fortè unum dum figeretur, aliud fieret volatile; ſive dum unum ſubtiliaretur, aliud fortè ingroſſaretur, quod deberet ſubtiliari, videlicet ex auctoritate præcedenti iam allegata.

Eſt tamen benè verum, quod ſpiritus coniuncti corporibus per ſolutiones in aquis acutis cum corpore in amalgamatibus, ſeu aliis modis, & ita ipſis ſpiritibus digeſtis cum corporibus perfectis vel per ſe cum ſolutionibus,

per

per aſſationes ſeu putrefactiones, & iterum ſolutiones cum aquis & ſalibus, aluminibus & aliis ingeniis, de quibus plura ingenia ſcibuntur in libris Gebri & aliis de inveſtigatione, de medicinis primi & ſecundi ordinis, & in aliis libris practicis ibidem videndis. Ipſi ſpiritus ſiguntur in corporibus, & ſic poſſunt bene in particularibus aliqua facere, in medicina primi & ſecundi ordinis, etiam augmenta perfecta bene fieri, & imperfecta corpora bene poſſunt mundari per ipſorum calcinationes, & ſolutiones, & ſpirituum aſſationes, quæ ab imperfectione convertuntur ad perfectionem, cum ipſa metalla ſecundum Hermetem, Empedoclem & ſigilli, non differant niſi ſecundum maius & minus, & non differentia & forma ſpecierum. Sed de iſtis modis particularibus non eſt multum ad propoſitum. Ergo vide alios libros de iſta materia. Ex iſtis prædictis ſcriptis evidenter patet, omnes philoſophos concorditer aſſerere lapidem ipſorum fore mercurium, non autem vulgi, ſed noſtrum, ſive iſte mercurius ſit naturalis tam depuratus, & hoc non erit vulgi, ſed Philoſophorum, ſive à corpore ſit, ſive à corporibus perfectis extractus etiam, quocunque modo & quibuſcunque ingeniis ſive per ſe, ſive cum additis propter brevitatem laboris, dum modò ipſe
,, mercurius extractus à corpore ſit ſubtilis &
,, non privatus humiditate, ſed corpus purum
,, ſubtiliatum in ſimilitudine mercurii, dum
,, modò addita non manent.

Sed

Sed tunc ipſe mercurius Philoſophorum ſubtilis præparetur cum ingeniis & igne tanquam cauſa efficiente ſecundum modos & ingenia Gebri, qui hoc in paucis verbis totam dixit veritatem, & aliorum Philoſophorum cum ipſo concordantium cum operis inſtantia, & hoc præparetur, quod ex ipſo poteſt fieri tinctura vera Phyſica. Atque per hoc ad auctoritates hinc inde ſcriptas in libris Philoſophorum, quas communiter intuenti hic poſitas poterit reſponderi.

Hæc de ſubſtantia & eſſentia lapidis noſtri breviter dicta ſufficiant: Sequitur

De ſecundo principali, videlicet, de noſtri lapidis præparatione & ignis regimine in ſpeciali, eſt aliquid declarandũ cum auctoritatibus antiquorum. Et in iſta materia eſt advertendum, principaliter primus modus. Ponit Geber in ſumma ſua ſub paucis & veris verbis. Eſt ergo, ut mihi videtur, ſecundum omnes Philoſophos ſic operandum, quod recipiatur lapis ex præſcriptis iam bene notus, & præparetur in vaſe vitreo uno ſine alio, ſive in vaſe, ſupra quod ſit aliud vas in modo cucurbitæ & alembici ſine tamen naſo, hoc eſt, alembicus cœcus, & ſint magiſtraliter coniuncta, ſi labores cum vaſe ſupra vas ut dicunt quidam Philoſophi, prout poſtea ſcribam. Sic quod non reſpiceret & aſſiduetur ſuper ipſum opus ſublimationis Philoſopho-

rum, quod est subtiliationis, ut perfectò subtilietur, ita ut in ultimam deveniet puritatem, & hoc cum instantia operis, & ignis tollerantia maiori cōtinuè, successivè admodum, opus sublimationis diu continuando. Causa est ista, quia totum magisterium ut omnes Philosophi volunt, est tantum in subtiliatione per continuationē ignis, & ignis tolerantia omnes proprietates aliæ naturaliter consequuntur, scilicet facta subtiliatione inspissatio, & tunc incineratio ad minus alicuius partis, & istius consequenter consequitur fixio, & nulli dubium debet esse, quin per se fit per solam sublimationem fixatio & incineratio per maiorem ignem, ut postea dicetur. Eadem pars propter partes non fixas iterum sublimetur & hæc iterum figatur, & iterum sublimetur ad præcisam ipsius Gebri intentionem, & cumse, solo lapide & solo igne & solo vase suo si placet & sic totus lapis in tincturam perficiatur, & non debes moveri ex ipso quod aliqui necesse fore adminicula, ad hoc ut ipse mercurius ita subtilietur, cum sit homogeneæ & fortissimæ compositionis, & specialiter Sol & Luna, si ex toto extrahi debet mercurius; & ita subtiliari in mercurium, quod hoc sit valdè d fficile & per consequens in extremum operātem ducere posset. Dico ad primū, quamvis mercurius naturalis sive etiam Philosophorum scilicet corporum perfectorum sit fortissimæ compositionis, tamē adhuc per continuationem ignis semper aliqua pars per subtiliationem separatur ab alia in modum

dum quasi vaporis, & istud vase respirare ingrossatur & iterum descendet & secum mediante debito ignis regimine, videlicet lento, ut intentio operationis requirit aliquam aliam partem atque subtiliorem subtiliat, & sic deinceps, donec opus totum cõpleatur, est aliorum intentio Philosophorum de ista arte veritatem scribentium; licet tamen aliæ viæ, de quibus infra aliquas ponemus, per hoc non abnegẽtur, cum tamen ad eundem finem Philosophorum in modo operandi tendant, licet aliis & aliis modis & ingeniis operandi. Sed de secundo, scilicet de corporibus perfectis, ut supra factum, fateor, quod valdè difficile est talia corpora per se ita subtiliari & digeri, ut in naturam mercucii convertantur: & fortè vita hominis talem sublimationem per se non expectaret. Cum tamen non sit impossibile, quod quodlibet generabile est corruptibile & alterabile; imò in se ipso & per consequens per artificium & ignis administrationem, scilicet ignis calorem & putrefactionem, etiam quantumcunque fortis compositionis etiam possit alterari, & per consequens in mercurium bene subtiliari: tamen ob talem temporis longitudinem non est inconveniens asserere, quomodo bene possint admitti præparationes cum rebus extraneis, scilicet salibus & aquis acutis, putrefactionibus, solutionibus, assationibus & calcinationibus aliis quibuscunque ut ipsa corpora perfecta, quæ sunt Philosophorum corpora in mercu-

rium ſubtilientur, ſive in naturam mercurii præparentur, & tunc talia removeantur. Et hoc, tunc primo corporibus præparatis ad tantam mercurii ſubtiliationem, vocatur lapis Philoſophorum, cum quo tanquam in principio, ſcilicet mercurio vivo, ſicut cum alio ſecundum dicta Philoſophorum eſt taliter & non niſi uno modo procedendum. Et hæc eſt concordantia omnium Philoſophorum prout etiam prius & ſatis multipliciter ex ipſorum dictis declaratum.

Sed quo ad iſtam partem, videlicet, ſecundam de modo ſubtiliationis corporum perfectorum in natura mercurii eſt unus modus laborandi, ſicut in mercurio vulgi, tamen præparato, ut hoc dicatur Philoſophorum, ut prius dictum eſt.

Aliqui ceperunt talem modum laborandi, & dixerunt fore de intentione Philoſophorum ſcilicet Platonis in quartis & etiam concordat cum intentione Gebri, ut dictum eſt, & aliorum Philoſophorum: Intendunt enim, ſic eſſe laborandum: Recipiunt enim corpora perfecta, ut Solem, & ipſum ſubtiliant cum aquis acutis, & convertunt in lapillos & iſtos ſolvunt in fimo, & tunc aſſando congelant, & illud opus dicunt ſubtiliationem, & totiens ſolutiones & congelationes reiterant, quo uſque hoc totum in naturam mercurii ſubtilietur, ut fluat facili fuſione & ingreſſu tingat iſtam materiam, tunc iterum tanquam partem

tem fixam , & fermentum tenent iterum cum quatuor partibus corporis in mercurium ipsorum solubilem, videlicet lapillos redactum coqunt, assando solvunt ut prius laborando continuè donec iterum materia tingat & usque ad infinitum ad augmentum & etiam in bonitate dicunt posse procedere.

Alii autem alio modo subtiliant corpus perfectum, videlicet per calcinationem & cum aqua salis armoniaci, seu alia solutiva, & tunc assationem & iterum operis reiterationem taliter similiter subtiliando laborant usque quo ipsa corpora sunt in natura mercurii, quo ad tincturam perfectam convertantur.

Quidam verò istam subtiliationem intendunt facere cum aquis acutis per decoctionem cum mercurio sublimato vel vivo sive aliis spiritibus , istos cum corpore coniungendo , & tunc ab ipsis spiritibus , vel etiam sim liciter sublimando , & dicunt aliquam partem corporis cum spiritibus elevari , & continuant, donec bonam partem corporis sic in spiritum conversum habeant , & tunc per separationem ignis lenti modo capiunt sursum sublimando partem superiorem , aliam dicunt manere in fundo , quam partem fixam iterum cum non parte fixa ipsam in bona quantitate seu parte leviter assando decoquunt , donec iterum pars figatur , & in terram fixam convertatur, hoc continuant , donec figant bonam partem , & dicunt terram sufficienter præparatam,

tam, & tunc terram istam iterum elevant cum parte non fixa quantitate, & hoc iterum donec totum elevetur, & sic iterato figunt, & hoc quater reiteratum dicunt fore tincturam secundum dicta Gebri & etiam Hermetis in Thelesine dicentis: separabis terram ab igne, subtile à spisso suaviter, & cum magno ingenio ascendit in cælum, & utrumque ruit in terram, donec retineat vim superiorem & inferiorem. Quamvis etiam ista dicta Hermetis concordari ita bene possunt ad modum lapidis Philosophorum prius dicti, & modum ipsius laborandi, vt dictum est prius, videlicet de mercurio Philosophorum. Vnde ad satisfaciendum opinioni eorum, quæ non videtur irrationabilis, cum etiam ad sublimationem mercurii, & mercureitatem omninò prætendatur.

